turam pro creatore glorificantes: et opera potius quam dominum deum eorum auc  
torem et opificem deificantes: Sic autem in preposito exemplo: qui in profundum  
abdi sunt quanto magis descendunt: tanto etiam obscuriora et profundiora incur  
runt. sic et homium generi evenit. Neque enim simplicem habuere idolatriam: nec  
unde cuperunt: ibi et persistenterunt: Sed quanto diutius in primis uersati sunt: tanto  
in amores sibi inuenire superstitiones: Et cum priorum sacratatem non capeant:  
aliis denuo impelebantur malis: qui turpissimi rebus augescerent: et impietate  
suam in maius extenderent. Hoc etiam diuina scriptura testatur dicens: Cum ue  
nerit ipsius in profundum malorum contemnit: Nuper enim resiluerat mens ho  
minum adeo: et cogitationibus homines ac opinibus descendentes: Celo primu  
m et soli ac lunæ et artis diuinum honorem attribueret illos non solum deos esse ue  
rum et alia consequi putantes: que secundum ipsos autores essent: Deinde cum  
obtenebratis considerationibus dilaberentur etherem et aera et que in aere sunt  
deos appellarentur. Procedentes uero in malis elementa etiam et primordia consti  
tutionis corporum calidam frigidam aridam humidamque substantiam deos co  
celebrarunt: et quemadmodum prostrati omnino per terram uoluntur terrestri  
um ritu coclearum sic et impiissimi homines postquam ceciderunt: ac deciderunt a contemplatione diuina continuo et homines et hominum formas quosdam dum ui  
uerent alios post mortem diis anumerarunt. Ad hæc autem peiora consilio et ra

d

cionatione in lapides etiam et robora. et reptilia: maris ac terrae: et immianes brum  
totum feras: diuinam augustamque dei appellationem contulerunt: eisque omnem  
dei cultum attribuerunt: & deum iterum: qui uere est deum inquam christi patrem  
auerterunt: Sed utinam haec tenus amentium stetisit audatia: nec ulterius progett  
dientes se ipsis impietibus contaminassent. Non nulli enim usque adeo cogitati  
one precipites fuerunt & mente capiti: ut etiam quae nusquam nullatenus essent: nec  
in rerum natura apparerent ea tamen sibi ipsis cōminiserentur: deosque configi  
rent: si quidem humana iūcta cum brutis: & quae dissimilia sunt natura in unum  
compacta ueluti deos coluerunt: quales sunt apud egyptios cynocephali & ophio  
cephali: & onocephali & apud libes eriocephalus hammon: Alii uero partes cor  
poris caput & humeros: & manus: & pedes seorsum digesta unum quodque dedi  
carunt: & pre diis habicerunt: ut quibus satis non esset ex uniuersitate solidi cor  
poris religionem habere. Ceteri frumenti impietatem horum inuentionis & sui  
ipsorum flagiti occasionem uoluptatem & cupiditatem deos faciunt: ac uenerantur:  
Qualis est apud eos cupido: & in papho uenus. Quidam uelut in peioribus  
ambitioni ausi sunt principes suos: uel etiam filios ipsorum in deos trasferre  
eorum uel imperium uerebantur: uel tyramnidem metuebant: ut in creta cele  
bratus apud eos Iuppiter. in archadia mercurius: apud indos bachus: apud egi  
ptios isis & osiris & orus: & nuper antinous indolicis habitus ab adriano impe  
ratore romano. quem & si hominem norint: nec probum hominem sed flagiti ple  
num: metu tamen principis obseruant: Adrianus enim cum in egyptiorum regio  
ne uersaretur morientem antimoum uoluptatis suę ministrum adorari iussit:  
id quidem ipse quod etiam post mortem puerum amabat: sed tamen contra se argu  
mentum contra omnem idolatriam testificationem prebuit: quod non aliter apud  
homines inuenta fuerit quod propter eorum qui inuenere cupiditatem. Sicut etiam  
sapientia dei testatur dicens principium fornicationis cogitatio idolorum. nec  
sane admiratus fueris: nec procul a fide hec dici putaueris quando quidem non  
multo ante uel nunc etiam fortasse romanorum senatus principes olim suos: quod  
ab initio fuerunt uel omnes uel quos ipsis uolunt & censem inter deos esse decer  
nunt: & deos ueterari scribunt: quos enim oderem hos tanquam hostes iuxta na  
turam fatentur: & homines nominant: Quos autem caros habent hos iuxta uit  
tutem adorari iubent quasi deos facere in potestate habeant ipsi cum sint homi  
nes: nec se mortales esse inficiuntur: Oportebat aut qui alias faciunt deos: ipsis  
potius deos esse: quod enim facit eo quod sit prestans esse debet: & qui decer  
nit eo qui dicernitur: dignior sit necesse est: & qui dat omni gratificatur quod  
habet: his uero qui accipiunt potior est: & melior. Si ergo quos ipsis uolunt hos  
deos esse decernunt: oportebat primum & ipsis deos esse. Sed hoc mirum est: quod  
ipsi cum moriantur ut homines suum ipsorum arguunt falsum esse decretum: d  
his quos ipsis deos fecere: Hec autem consuetudo nec noua est: nec alienata roma  
no cepit. Sed ab antiquo prius erat & premeditabatur in cogitatione idolorum:  
Dii namque apud gentiles antiquitus celebrati iupiter: neptunus: & apollo ceres  
uallas: & diane: vulcanus: mercurius: & iuno: decretum est ut dicentur dei ius  
fis thesei: cuius apud grecos monumenta extant. Et qui decreuerunt tanquam hoies  
mortui lugentur: qui uero decreti sunt tanquam dii immortales uenerantur. Obsur  
ditatem: & insaniam magnam: Cum eum norint: qui iussi eos. qui iussi sunt digni  
ores putant: & utinam ad mares usque pergeret idolatrarum furor: nec in feminas  
diuinam appellationem conferrenter: Nam & feminas dei honore dignantur &  
cultu: quas nec rerum quidem peccatorum consilio adhibere tutum est: sicut  
quae iusse sunt a theseo quemadmodum prediximus. Apud egyptios uero isis &  
proserpina & neotera: & apud alios uenus: Nam aliarum noia nec dicere quidem

pium esse arbitror: cum omni sunt ludificatione plena. **M**ulti enim non modo superiore tempore: uerum et etate nostra carissimis priuati fratribus: cognatis: uxoribus: **M**ulte etiam uiris quos omnes natura arguit homines esse mortales: cum eos propter nimio luetu pinxit: statutis feriis consecravere: quos deinde posteri propter imaginem & artificis ambitionem deos coluerunt: rem preter naturam ad mitentes. **Q**uos enim parentes non ut deos fleuerant? **N**eque enim eos siquidem deos esse cognouissent tamquam perditos deplorassent: **Q**ui ppe qui eorum imaginem siccirco pingebant: quod ipsis non solum deos non esse: sed nec omnino quidem esse putarent: ut hoc ipsum quod iam esse desierant: per imaginis representatioē consolarentur. **H**is tamen stulti homines tanquam deis supplicant: & ueri dei honorum imponunt. Itaque in Egypto nunc etiam lamentatio de ostridis & ori et typhonis: & aliorum amissione celebratur: **E**t dodone e bala: & crete corybantes iouem arguunt non deum esse sed hominem et hunc effero de patre natum: illud certe admirando quod olate illic apud grecos sapientissimus: qui se multa de do scire iactat: in pyram cum socrate uenit dianam ueneraturus hominis arte ce latam: **H**os & eiusmodi insanas idolorum inuentiones superiori tempore: et multo ante scriptura docuit dicens: initium fornicationis cogitatio idolorum: Inuenit autem ipsorum corruptio uitę. **N**eque enim fuerunt ab initio neque in seculum erunt inanis enim hominum gloria uenit in mundum: & propterea breuis finis eorum consideratus est: Acerbo enim luctu cruciatus pater amissi celeriter filii fecit imaginem: & hominem: qui tunc cadauer erat: nunc tanquam uiuentem ueneratus est: & his qui sub sua potestate erant mysteria tradidit: & terias. **P**rocedente deinde tempore impia consuetudo obtinuit & quasi lex obseruata fuit: & tyranorum iussis adorauere sculptilia. et quos in oculis quia procul habitabant celebre non poterant eorum formam expellerunt: et insignem honorati regis imaginem fecerunt: ut pre studio adularentur absenti tanquam presenti. **A**d augendum uero cultum ignaros homines artificis etiam ambitio conuertit: qui dum principi fortasse placere studet: arte similitudinem expresit uenustiorem: **S**ed uulgi multitudo artificii lenocinio capta: quem pauloante hominem coluerat: eum inde numen esse consuit: **E**t hoc uitę debebatur ad fraudem: ut uel calamitate homines: uel tyramnde iucti nomen: quod communicari non potest: lapidibus: ac lignis imponerent. **C**um igitur idolorum inuentio eiusmodi apud homines teste scriptura inciperit: ac fabricata fuerit: nunc reliquum est: ut tibi aduersus eam argumenta declaremus conjecturam non tam extrinsecus capientes que ex quibus isti gloriantur. **N**am ut ab his primum inferioribus incipiam: si quis eorum qui apud eos dii nominantur: res gestas inspererit: ipsis inueniet non solum deos non esse uerum etiam hominum turpissimos fuisse: quale enim quale est uidere iouis apud poetas amores atque flagitia: quale est apud eos audire illum modo ganimedē rapere: & furtiuia exercere adulteria: modo timere atque pavere: ne preter sententiam eius troianorum menia euertantur. quale est uidere illum sarpedonis filii mortem grauior ferre: cui cum uellet opitulari non poterat: Insidiis etiam ab aliis diis circumueniti pallade in qua & iunone atque neptuno. **S**ed a femina thetide iuuari ac centimae aegeone: & uoluptibus unici: qui mulieribus seruiret: propter quas inbrutorum animalium formis quadrupedum ac uolatilium periclitabatur: & rursus latere quidem ipsum propter patris insidias. **S**aturnum uero ab illo uinciri: & patrem a filio euitari. **H**uncine igitur dignum fuerit arbitrii deum: qui tantum areus perpetrarit: quanta nec comunes romanorum leges his etiam: quod si impliciter homines sunt facere permetterent. ut enim ex multis pauca preter multitudine commitemorem: **Q**uis cum eius uiderit in semelen in ledā

in alcumena: in dianam: in latonam: in maiam in eurepem: in danaen: in atiopen  
nequitiam & corruptionem? **Q**uis cum eius uiderit in propriam furorem uim &  
audaciam: q̄ eandem & sororem habuit & uxorem. quis h̄c inquam cum uiderit  
non irrideat ac morte condemnat: non solum q̄ adulter fuerit uerum etiam : q̄  
ex adulterio natos sibi filios deos fecerit: & consecrarit: pretextū nequitie sp̄em  
deificationis astituens: quorum bacchus & hercules sunt: gemini: **M**ercurius per  
seus: & sopita: **Q**uis cum ad troiam deorum inter se uiderit implacabile certamē  
grecorum troianorumq; causa non deprehendat imbecillitatem eorum qui q̄ ip  
ti inter se contendenter: homines etiam concitabant: quis cum uulnerari uiderit  
a diomede martem & uenerem ab hercule simonem & ordium quem deum plu  
tōne uocant & a perseo liberum patrem ab arcade inmeruam & dāu dicantem p̄  
cipitari uulcanum: quis non eorum naturam percipiat: & post hac deos dicere ab  
horreat: quos cum corruptibiles ipsos ac uulnerabiles audiat: nihil aliud eos q̄  
homines esse & homines imbecillos intelligat & eos magis qui uulnerarent qua  
qui uulnerati sunt admiretur. **V**el quis cum uiderit martis cum uenere concuba  
tum: & uulcanum utrisque dolos tendere alioq; deos ad concubitus spectacu  
lum a uulcano concitos uenire. & flagitium illorum conspicere: quis non h̄c ri  
deat: & eorum fatuitatem reprehendat: uel quis non rideat cum herculis i opha  
len ex ebrietate insaniam uiderit: atq; libidinem. nam eorum propter uoluptatē  
facinora insanios amores simulacula deorum aurea. argenta enea: ferea: lapidea:  
ligneā non sunt studiose refellenda: cum res ipse. per se abominationem habeat  
& sponte sua notitiam erroris estendant: quib⁹ i rebus delulos homines quispiā  
maxime commiseratus fuerit: qui cum insidiatiū suę cuiusq; uxori adulterum  
oderint: adulterii magistros deos facere: non uerentur: & qui suis ipsi sororib⁹  
non commiserentur. hoc qui fecerunt eos uenerātur: & qui pueros corrumper  
et malum esse fatentur: huiusmodi culpe qui affines sunt: eos diuino cultu dignā  
tur: & que nec humānū quidem leges concedunt: ea his attribuere: quos ipsi deos  
uocant: non erubescunt: deinde lapides: & ligna adorantes non uident que pe  
dibus calcant: & igne conburunt eorum se partes deos appellare: & que pauloan  
te i usum rapiebant: eadem sculpta per insaniam adorant: **R**em omnino non ui  
dent: neq; considerant: qui non deos: sed sculptoris artem uenerantur. **N**am &  
la  
pidem donec rūdis est. & siluam: donec infermis: pedibus permunt: & is etiā ad  
suos usus plerunq; sordidos utuntur ubi vero in eiusdem artifex periti suę linin  
menta deduxerit: & uel uiri uel mulieris in materia formā effinxerint: tum ue  
ro artificis gratia tanquam deos colunt quos pretio d sculptore coemunt. **S**epe  
etiam statuarius. eorum que fecit oblitus suis ipse operibus suplicat. & que pa  
uloante secabat: incendebat: sculpebat eadem posthabitam artem deos appellat  
**O**portebat autem siqdem h̄c admirari. licet periti hominis artifitium: admittre  
re non sicut factori preponere: non enim materia artifitium sed artifitium materi  
am ornauit: ac deum fecit. **M**ulto igitur equius fuerat artificem uenerari q̄ que  
ab eo facta sunt: q̄ & prior fuit artificialibus diis. & quemadmodum uoluit. Ita  
& facta sunt: **N**unc autem post uita equitate peritiam: & artem aspernantur:  
que uero cum peritia: & arte facta sunt admirantur. **C**umq; ls: qui ea fecit: mori  
at: que ab eo facta sunt tanquam immortalia uenerantur: que nisi quotidiana  
diligentia seruentur: omnino propter naturam temporis uetusitate dilabuntur.  
**Q**uomodo non eos quis piam ob id etiam miseratione dignos duxerit. q̄ ipsi q  
uident non uidentes adorant: & ipsi qui audiunt non audientibus supplicant. &  
animati. & rationabiles natura homines eos: qui nec omnino quidem mouentur  
**S**ed inanimi sunt: quasi deos appellant: et hoc utiq; admirandum: q̄ ipsi quos

seruant : & sub potestate habent : his tanq̄ dominus seruitur . nec me putaueris  
hec dicere nec quicq̄ : uel aduersum eos mentiri : **Nam** & oculis ipsorum fides  
occurrit : & uolentibus talia uidere : licet ualidum etiam de his est sacre scriptu  
re testimonium: pr̄emontis antiquitus atq; dicentis : **Simulacra gentium** : ar  
gentum : & aurum opera manuum hominum . oculos habent & non uidebunt:  
os habent et non loquentur : aures habent & non audient . Nares habent et non  
odorabunt: manus habent et non palpabunt . pedes habent et non ambulabūt.  
non clamabunt inguttore suo . simules illis fiant : qui faciunt ea: **Nec** propheti  
ca ab his procul est uituperatio : **Sed** hic etiam aduersus eos reprehensio spiritus  
dicentis : **E**rubescens qui deum singunt : & sculpunt omnia uana . & omnes un  
de sancti sunt aruerunt: & muti ab hominib⁹ congregentur omnes: & stent simul:  
& querant et reuereant simul . quoniā acut faber ferrū et alesia elaborauit illud:  
et statuit ipsum brachio fortitudinis eius : et famescet : et infirmabitur & non bi  
bat aquam . lignum enim eligens faber statuit ipsum in mensura : et inglutine ap  
tauit illud . et ipsum fecit tanq̄ formam uiri : & tanq̄ hominis pulchritudinem  
statuit ipsum in domo : & quod cecidit lignum e sylua : & quod plantauit domi  
nus : et pluua produxit : ut sit hominibus ad comburendum : & capiens ab eo  
calefiat : & comburentes coixerūt panes in eo : **R**eliquum uero fabricarunt in d  
os . et adorauerunt ipsos **C**uius dimidium ipsius combulerunt igni : et super di  
midio eius testas carnes comedit : et impletus est : et calefactus inquit : iocundū  
mihi q̄ calefactus sum : et uidi ignem . **R**eliquum uero adorauit dicens : eripe  
me quoniam deus meus es tu : **N**on nouerunt sapere : quoniam offuscati sunt :  
ne uideant oculis suis : et intelligat corde et non considerauit in corde suo : neq;  
considerauit in anima sua : nec cognovit intellectu : q̄ dimidium eius combulit  
igni : et coxit super primis eius panes : et testas carnes comedit : et reliquum ei⁹  
in abominationem fecit . et adorant illud : **C**ognoscite q̄ cinis cor eorum : et er  
rant : et nemo potest eripere animam eorum . **V**idete et non dicetis : q̄ munda  
tum in dextera mea . quomodo non apud omnes sacrilegi esse iudicentur : qui  
adiuia scriptura impietatis arguuntur: uel quomodo no fuerint cacegones:  
qui manifeste adeo reprenduntur : res inanimas proueritate colentes . **A**t uero  
que spes istis : uel que uenia ipsis fuerit : qui brutis et immobilibus confidūt :  
que pro uero deo colunt . **D**ebuerat enim : debuerat saltem sine forma deos illis  
tingere artifex : ne manifeste argui possent . q̄ sensu careant : **T**efelissent enim o  
pinionem simplitium tanq̄ sensibilia forent simillima. **S**i quidem signa non habe  
rent sensuum : ut oculos : et narres : et aures : et manus : et os : que non mouen  
tur ad sensus usum : sensibiliumq; rerum susceptionem . **N**unc autem habentes  
non habent : et stantes non stant : et sedentes non sedent: neq; enim eiusmodi of  
ficium faciunt . sed quemadmodum fictor uoluit : ita et positi manent . dei qui  
dem nullum uestigium habet . sed in animi prouersus solum hominis arte compo  
siti uidentur . debuerant etiam falsorum eiusmodi deorum pre cones et uates :  
poetas dico : et scriptores simpliciter deos ipsis scribere : nec facinora eorum ex  
ponere : que ipsis procul a diuinitate : ac diuicis moribus suis redarguunt .  
poterant enim solo diuinitatis nomine ueritatem usurpare: uel potius a ueritate  
multitudinem seducere : **N**ūc uero iouis amores: et flagitia prosequentes alioz  
etiam puerorum raptus et foemineas in uoluptate suspitiones : metus pauores:  
et alia eorum uitia . nihil aliud q̄ se ipsis arguunt non solum non diserere de di  
is : sed nec de probis quidem hominibus : uerum de scedissimis et ab honesto re  
motis uerba facere . **S**ed in his fortasse homines male pii configunt ad id quod  
poetarum est proprium : et dicent suum esse poetarum scribendi genus ea : que

non sunt fingere: & in fabulis mentiri ut audientes delectent: **C**uius rei gratia de  
diis quęq; talia finxisse iactabunt. **S**ed hęc omnium maxime ratio debilis esse o-  
stendetur ex his quę ipsi de illis sentiunt atq; proponunt. **N**ā si res apud poetas  
sicut falsae sunt: falsa erit & ipsa iouis: & saturni: & lunonis: & martis: & aliorū  
nuncupatio: Fortasse enim id quod ipsi aiunt facta sunt. & nomina. nec est omni-  
no iuppiter neq; saturnus neq; iuno: neq; mars **S**ed eos quasi sint comminiscūt  
poetæ: ut audientes capiant: quod si poēta falsa componunt: cur eos quasi ueros  
adorentur? uel id enim rursus fortasse dicent? nomina quidem non singūl: faci-  
ra: tantum aduersus eos mentiuntur. **S**ed hoc ad illorum excusationem nihilōi-  
nus infirmum est. **S**i enim facinora mentiti sunt. prorsus eorum mentiti & nomi-  
na: quorum facinora esse dixerunt. uel si de nominibus ueridici sunt: de facino-  
ribus quoq; necessario ueridici: Pręterea qui deos istos esse dicunt: nouerunt p-  
de: quid deum agere deceat: nec diis unquam hominum cogitationes annexeret  
sicuti neq; ignis officium quisq; aquę attribueret: alter enim urit: altera e con-  
trario substantiam frigidam haberet. **S**i ergo facta de his conueniunt: dii sunt: q-  
ea fecerunt: **S**in hominibus: & hominibus non bonis ut adulteria: & quę predi-  
cta sunt facinora: homines: & non dii sunt: qui ea fecerūt. Res enī substantiis cōgru-  
ere oportet: ut qui fecit ex eo: quod factum est probari: & quod factum est ex sub-  
stantia cognosci possit. **V**t igitur si quis de aqua disputaret: & igne: cum eorum  
effectus enuntiaret: aquam urere: ignem refrigerare: non diceret: nec si quis de  
sole: ac terra dissereret terram diceret illustrare: Solem uero herbis: ad fructibus  
seri: quod qui diceret: omnem insaniam excederet: ita nec scriptores apud illos:  
& maxime omnium excellentissimus poēta: siquidem nouissent iouem cum reli-  
quis deos esse: talia istis facinora ascripserint: quę ipsos non deos esse coarguunt  
**S**ed homines potius: & homines haud quanquam honestos: aut si contra eos mé-  
titi sunt tanquam poētae: tuq; etiam mentiris: Curnon in uirtute metiuntur hero-  
um: pro fortitudine ignauiam: pro ignauia fortitudinem singunt: oportebat e-  
nim sicut in ioue: atq; iunone: & ita in achille imbecillitatem mentiri: in thersite  
tiros admirari: & ulyxis quidem cauillari stulticiam: nestoris configere insan-  
iam: **D**iomedis: & hectoris mollitiem. **H**ec uero facta fortia comminisci. In om-  
nibus enim poetas: ut ipsi dicunt fingere oportet: atq; mentiri: **N**unc uero in ho-  
minibus ueritatem seruarunt: In his quos deos uocant: mentiri non timuerunt:  
**E**t illud fortasse dixerit aliquis: i his q; ad illorum flagitia pertinent facinoribus  
mentiuntur: in laudibus uero cum patrem deorum: & supremum & olympium  
& in celo regnante dixerint iouem: non comitiscuntur. sed ueridici sunt. Hanc  
rationem quiuis: non ego solum contra eos esse argueret: Rursus enim ex his: q;  
modo demonstrata sunt: ueritas aduersus eos stare apparebit: **S**i quidem facta ho-  
mines ipsos esse confirmant: Preconia uero hominum naturam excedunt. Ho-  
rum autem sibi inuicem utruncq; repugnat: Nam nec eorum: qui celum habent:  
proprium est talia facere: nec eos qui talia faciunt deos arbitrari quisquam pote-  
st: **Q**uid igitur intelligentum relinquitur? nisi falsa quidem: & assertoria esse  
preconia? **V**ere autem contra eos loqui facinora? **E**t hoc aliquis ex cosuetudine  
uerum esse cognosset. nemo enim quos laudat: eorum mores uituperat. **S**ed po-  
tius quorum facinora turpia sunt: eos ppea q; hinc uituperabiles sunt laudibus  
extollit: ut eorum magitudine captis auditoribus illorum iniquitatem occulteret  
**Q**uemadmodum igitur si quis non nullos sibi laudare proposuerit: nec propter  
eorum turpitudinem ex moribus: & uirtute animi laudandi occasionem inuene-  
rit: aliter tamen extollit eos ipsis supra quam sint attribuēs. **S**ic & preclaris apud  
illos poetæ turpibus eorum: quos deos uocant: facinoribus offensi nomen ipsis

plusq̄ humānum applicueret : nescientes q̄ eiusmodi supra hominem opinionibus res eorum humānas haud q̄q obtenebrant : Sed potius humānis ipsorum de delictis dei opinōes ab eis alienas esse demonstrant . Et ego utiq; arbitror ab his etiam p̄pter uoluntatem libidines eorum : & fatinora prodita esse : Cum enī honorem dei : & appellationem : que : ut ait scriptura : communicari nō potest ipsi illis imponere studeat : qui non dii sed homines erant mortales : cumq; id qd audebant magnum esset : & ipium : iccirco a ueritate coacti sunt: inuiti etiam eorum egitūdines exponere : ut in eiusmodi scriptis perturbationes istoruī posite : que ipsos deos non esse coarguant : posteris omnibus appareant . Horum igitur superstitiosis hominibus quēnam defensio fuerit ? que demonstratio ? ut hi dei sint ? Ex his enim que pauloante dicta sunt homines eos & homines nequa q̄ probos fuisse monstrauit horatio . Sed ad illud fortasse uertentur : atq; adeo i his gloriabuntur : que ab ipsis inuenta sunt : humāne uite conducibilia : & eos propterea dicent haberi deos : q̄ hominibus utiles fuerunt : iuppiter enim s̄cile artem tenuisse dicitur . Neptunus gubernatoriam . Vulcanus fabrilem : Minerua textoriā : Apollo musicam . Diana uenatoriam . Iuno cultum corporis . Ores agriculturam : et alii alia : quemadmodum scriptores de ipsis tradidere . Sed has & eiusmodi artes non ipsis tantummodo oportebat ascribere sed communi hominum naturę : ad quam homines intenti artes inueniunt . Multi enim artem ipsaꝝ dicūt naturę esse imitationē . Si ergo quibus quisq; studuit artibus : eorum periti facti sunt non propterea & ipsis putare deos necesse est . Sed potius homines nō enim ex ipsis artes : sed in his ipsis naturam imitati sunt . Nam cum homines secū dum eorum diffinitionem naturaliter sint susceptibiles scientię : nil mirum si humana cogitatione suam ipsorum naturam intuentes : eius cognitionem assēcu ti artes excogitarunt : uel si eos propter artium inuentiores deos renuntiari dignum dicunt : Tempus est aliarum quoque artium inuentores eadem ratione deos & ipsis renuntiari : qua & illi hoc nomine dignati sunt . litteras enim inuenire poēnices . poēsim heroicā homerus : dialecticā zeno eleates . rethoricā artē Corax siracusanus : & fructum quidem apud Aristēus . frumenti sationem Triptolemus . leges uero ligurgus lpartiates : & solon atheniensis . atqui litterarę ordinem : & numeros : & mensuras : & pondera palamedes inuenit : & res alias alii uarias humāne uitę : pro ut homines testifcantur conducibiles : professi sunt . Quod si deos scientię fatiunt : & proptereas dii sculptiles sunt : eos etiam qui post illos fuere aliarum inuentores deos secundum ipsis esse necesse est : uel si non os dei honore dignantur : sed homines fuisse cognoscunt : Sequitur ut lupiter & iuno & reliqui non dii nominentur : sed homines : et ipsi fuisse cedantur : et p̄cipue q̄ homines fuere : non probi quandoquidem et ab ipsa statuarum sculpeutra nihil aliud : q̄ homines fuisse confirmant : quam enim aliam ipsis formam sculpores mitunt . q̄ uirorum : uel mulierum : et que his etiam sordidiora sunt animalium ratione carentia : uolucrum uariarum : quadrupedum : domesticorum : et agrestium : et reptilium : quecumq; terra : pontus : et omnis aquarum natura producit ? Homines enim cum in perturbationum : et libidinum insaniam incident : nihil uidentes p̄terea q̄ uoluptates : et carnis cupiditates : ut qui in rebus rationem carentibus cogitationem haberent : in bruis etiam rem diuinam statuerunt : deos pro sue cuiusq; libidinis uarietate fin gentes . Quadrupedum enim imagines : et reptilium : et uolucrum apud eos sunt quemadmodum diuinę ac uere pietatis interpres ait . euauerunt in cogitationibus suis : et obscuratum est stultum cor eorum : dicentes esse sapientes stul

facti sunt: & commutariunt gloriam in corruptibilis dei in similitudine imaginis  
corruptibilis hominis: & uolatilium: & quadrupedum. & reptilium: propter qd<sup>t</sup>  
tradidit eos deus in passiones ignominie. **Nam** cum animum antea libidinum ut  
dixi temeritate occupassent. in eiusmodi fictionem deorum precei pitarunt: precei  
pitati deinde: ueluti cœcutientes dum: deum auertunt: in ipsis uolutantur: & mu-  
tis animalibus uerbi patrem deum assimilant. **D**e his conuidi qui apud gentiles  
docti: & sapientes dicuntur: eos qui ipsis uidentur dii: hominum brutorumq;  
formas: & figuræ esse non negant: respondentes autem: eos preptrea: habere  
dicunt: ut per hos numen ipsis respondeat: & appareat: **N**eque enim aliter ipsum:  
quod est inuisibile cognosci posse: quam per simulacra eiusmodi: atq; ministeria:  
**Q**ui uero his sapientiores esse: & profundiora dicere putantur. **H**ec inquiunt  
iccirco parari: & fangi: ut inuocetur: & appareant angeli: ac potestates diuine: &  
per huc ipsis oblati cogitationem dei significant. & hos hominibus quædam quæ  
litteras esse: quibus occurrentes de comprehensione dei ex ipsa: que per ea fit di-  
uinorum angelorum uisione cognoscere possint. **H**ec quidem illi ita fabulantur  
non de deo loquuntur. absit enim: **S**i quis uero diligentius rationem inquisi-  
erit horum opinionem: non minus falsam inueniet: quam que superius dicta sunt.  
**D**iceret enim aliquis ad eos: qui cum ueritate iudice adesset: **Q**uomodo per huc  
deus responderet. uel agnoscitur? **V**erum per inherentem ipsis materiam: in per fa-  
mam: que in eis est. **S**i enim per materiam: quid opus est forma: & quid non pri-  
us quam ea formentur per omnem passim materiam deus apparet? **N**e quicquam  
isti templo condiderunt: lapidem unum: aut lignum inludentes: uel auri partem  
cum omnis terra eiusmodi substantia plena sit. **Q**uod si forma in herans causa  
est apparitionis dei: quid opus est materia auri: & aliarum eiusmodi rerum?  
& non potius per nativa ipsa animalia: quorum simulacra formæ sunt: deus ap-  
paret: **M**elior enim deo pro eorum ratione fuisse opinio: si per animalia uiuē-  
tia rationalia: & irrationalia appareat: quæ si in mutis: & immobilebus rebus ex-  
pectaretur: in quibus maxime contra se ipsos impietatem operantur. **N**atua si  
quidem animalia: quadrupedes: & uolucres: & reptilia abominantur: & auertunt  
uel propter feritatem: uel propter inmunditiam: & tamen horum formas in la-  
pidibus: lignis auro que celatas deificant: oportebat autem eos ipsa potius cole-  
re uiuentia: quam horum figurans instatus adorare. an fortasse horum nihil:  
neque forma: neque materia causa est diuina presentia sed ars sola scientie coniuncta  
deum excitat: ut uidelicet: que ipsa est imitatio nature. **S**i uero propter artem  
sculptilibus admouetur numen: quid rursus opus est: materia? cum in ho-  
minibus scia sic? **N**am si omnino propter artem deus apparet: & propterea tan-  
quam dii simulacra coluntur: oportebat homines tanquam deos celi: & adorari  
quando & rationales sunt: & sciām in se ipsis habent. Iam uero de secunda eorum  
ac profundiori responsione cōsequenter aliquis ita diceret. **S**i hec uobis o genti-  
les contingunt: non propter ipsius dei apparitionem: sed propter angelorum: q  
illuc sunt presentiam: quid simulacra: per que inuocatis uirtutes meliora: & su-  
pra ipsis inuocatis uirtutes esse ducitis? **F**ormas enim sculptis: ut deum comp-  
endatis: et ipsius dei propemodium honorem: et appellationem sculptilibus a-  
tribuitis: rem admittentes minime piam: **Q**ui cum fateamini dei potestatem si-  
mulacrorum exilitati precellere: et iccirco deum per ipsa inuocare non ausi in-  
feriores potestates inuocatis. his deiñ pretermissis: cuius ipsi presentiam timetis

eius appellationem lapidibus ac lignis imponitis: et deos p lapidibus: et hūana arte nominatis & colitis. Nam q̄ hec uobis tanq̄ littere sunt: nimium adei contemplatione aberratis. Par non est ut ea que significant his digniora sint: que significantur. Non enim si quis nomen regis scriberet: & rege scripturam dignorem duceret sine periculo esset. Sed hic mortis pena damnaretur. littere uero scriptoris scientia formate sunt. Itaq; nec uos siquidem sanam considerationem haberetis: tantum dei significationem in materiam conferretis sed nec sculpturam sculptore dignorem putaretis. Nam si etiam omnino di apparitione tanq̄ littere significant. & propterea ueluti que deum significant deificazione digna sunt: attamen eum aquo celata sunt: ac insignita artificem dico: multo magis deificare oportebat: ut qui longe illis potentior: longeq; diuinior esset: quando et illa pro uoluntate ipsius levigata sunt: atq; formata. Si ergo admirationem littere merentur eas: qui scripsit propter artem & animi scientiaz multo magis admiratione precellit. Quod si ipsos non ob eam rem deos nominare dignum est: an non illos rursus quispam interroget de idolorum infania: huismodi forme causam discere cupiens. Siquia humanae forme numen est: siccirco ita effingitur: Cur ei brutorum quoq; imagines circundant? Sin autem figura eius mutorum est animalium: Cur ipsum humana etiam effigie uestiunt? At si utruncq; simulest: et ex utrisq; deum percipiunt: q̄ & hominum formas: & brutorum habeat: cur ea separant: que coniuncta sunt? & hominum ac mutorum animalium effigiem doudunt? Et non ubiq; ipsum ex utrisq; confingunt: Qualia in fabulis portenta sunt: Scylla: & charybdis: & centaurus: & apud egyptos Cynocephalus anubis. Oportebat enim eos aut ita geminos tantummodo depingere: aut si una solum natura habet: non et aliam aduersus ipsos annexere. Rursus: si uiriles horum sunt forme: cur et feminine eis circumdant effigies. Sin autem feminine: cur et uiriles: In eos mentiuntur imagines. Quod si denuo simul utruncq; sunt: non dividere sed ambo connectere oportebat: et efficere quales hermaphroditi dicuntur: ut non modo impietatem et calumniam sed et risum intuentibus eorum supersticio pr̄sberet. Et omnino: si corporeum arbitrantur numen: ut et uentrem: et manū: et pedes: et item colum: et pectora: et alia: que sunt generis humani membra: in eo cogitent: et effingant. Vide quantum impietatis et sacrilegii mens eorum incurat: qui talia de deo coniiciant: Sequitur enim ipsum et alia pati omnia: que corporis sunt: ut et cedit et diuidi: et enim ex parte resolui possit. hec autem et his similia non det: sed corporum potius terrestrium propria sūt. Deus.n.incorporeus est: et incorruptibilis et immortalis: nullius in rem quampiam indignens. Hec aut corruptibilia sūt: et corporū signa: et que ipsorū electorū usu indignet. sicut et ante dictum. Sæpe igitur inueteratos renouari: et quos tempus: uel pluvia: uel animalia terre demolita sunt: hos refici uidemus: in quibus stulticiam eorum quis deprehenderit: ut quorum ipsi factores sunt hos deos pronuntient: et quos artibus procurant ne corrumpantur: ab his ipsi salutem petunt: et quos nō ignorant: sua ipsorum cura indigere: ab his suam ipsorum indigentiam supuleri dignum ducunt: et quos angustis domunculis includunt: hos celi totusq; terrę dominos appellare non uerentur: Neq; ex his solum impietatem eorum quipiam didicerit: uerum etiam q̄ in ipsis idolis eorum est opinio discessus: Si enim ipsid ei sunt: ut dicunt: ac de ipsis philosophantur: quis cui presteterit eorum

& quos ex his potentiores esse censuerint: ut uel deum adorando confidant: uel numen: ut aiunt: in ipsis cognoscēdo non ambigant: Non enim iidem apud omnes nominantur dii: Sed ut plurimum: quot gentes sunt: tot etiam dei sīguntur: **E**t etiam ubi una regio: uuaq; ciuitas inter se de idolorum superstitione dissentiunt phenices igitur deos nesciunt: qui apud egyptios dicuntur: neq; egip̄tii eadem cum phenicibus simulacra uenerantur: & lythe quidem psarum: per se syrorū deos nō admittunt. **S**ed & pelasgi threiclos deos caluimniantur thraces thebanos ignorāt. Indi uero ab arabibus: arabes ab ethiopibus ethyopes ab illis de idolatria dissensiunt: Bithimi alios. alios armenii sibi ipsi finixerunt: & quid mihi de multis? Alienos ab insulis continēs a continente insulę deos uenerantur & celebrant. **E**t omnino urbis omnis & uicus finitimarum ignara deorum suos queq; colit: & hos solum deos esse putat. Nam de egyptiorum a bominacionibꝫ nec dicere quid attinet: cum in oculis sint omnibus ciuitates: quam uarias: q; repugnantes inter se ceremonias habeant: **C**um finitimi propinquis aduersa cole re studeat. Apud alios crocodilus ueneratur: ut deus. idem apud finitimos abominatione putatur: Apud hos leo quasi deus colitur. hunc uicini non modo non co lunt sed eum: ubi inuenient: tanq; seram occidunt. ab his piscis consecratur. idē ab aliis cibis exquiritur: hinc bella sunt atq; discordię: & est apud ipsos omnis occasio cedium: eminis uoluptas libidinum **E**t hoc utiq; mirum: q; ut scriptores narrant: cum ab egyptis pelasgi deorum nomina didicerint: hi deos egyptiorum nesciunt: Sed ab illis diuersos colunt. & omnium omnino: qui in simulacris deorum insaniunt: opinio uaria est: atq; religio: nec eadem apud eosdem inueniunt & iure quidem hoc patiuntur. **N**am cum ab unius dei cogitatione excidissent in res multas. & uarias precipitarunt: **C**umq; uerum patris uerbum saluatorem ónum christum auertissent: mentem consequenter habuerunt in multa delgran tem: & ueluti qui solem auertunt si in obscuris locis fuerint. multos uiarum ambitus circumfectunt: & pñtes quidem non cernunt: qui uero nulquā sunt: eos quasi pñtes contemplantur & uidentes non uident eodem modo qui deum a uerteſt animum obtenebrati: mentem habent delerantem: & ea que non sunt rāebri: & nihil cernentes animis singunt: hec autem sunt impietatis eoz haud me diocre argumentum: **C**um enim uarii sint: & multi per urbes & loca dii: & alter alterius deum tollat. omnes ab omnibus tolluntur. **E**t enim qui apud hos nominantur dii uictime sunt: & hostię eorum: qui apud alios celebrantur: & aliorum uictime e conuerso horum dei sunt. **E**gypti bouem colunt: & apini qui uitulus est: & hos alii sacrificat ioui: **E**t si enim ipsos illos non immolent: quos consecrunt: uerum tamen quia eius generis animalia sacrificant eadem fistere uidentur. **A**rientem libes: quem hammonem uocant: deum habent: & hic diis multis pro sacrificio immolatur ab allis. Indi liberum colunt. ipsum mistice uinum appellātes: **S**ed hunc libant alii alii. Fluuios & fontes pleriq; & omnium maxime egip̄tii uenerantur aquam: & deos appellant. Sed tamen alii & ipsi: qui hos colūt egip̄tii aliorum: & suas ipsorum fordes aquis ablueunt: & quod reliquum fuerit contemptim effundunt: & omnes ferme dii egyptiorum uictime sunt apud alios deorum. quo sit ut ab ipsis illis etiam ludificantur: quod non deos: sed que aliorum apud ipsos queq; piacula & hostię sunt: ea diuinis honoribus digentur. Iam uero non nulli eo impietatis: & inianę deuenerūt: ut & ipsos homines: quorum effigies sunt: & formę falsis eorum deis immolent: & pro uictimis sistant: **N**ec uident impii: quod immolate hostię exemplaria sunt deorum: qui ab eis sīguntur: & adorantur: & his homines immolant similia se me similibus

uel potius meliora deterritoribus. **Nam** et viua itanimis sacrificant: et ratio  
nalia mutis imolant. **Scythæ:** hi qui taurii uocantur: uirgini (sic apud eos ap  
pellat) naufragos homines: et ex grecis quotquot cesperit: sacrificiū exhibet:  
**Adeo** contra sui generis homines impie faciunt. **Sic** etiam deorum ipsorum cru  
delitatē ostendunt. **Quos** enim prouidentia periculo maris eripuit: hos ipsi  
prudentiē propemodum infesti uigilant: & illius beneficium sua ipsorum e  
ferata mente suppressunt. **Alii** uero postq; a bello uiictores rediderint: captiuos  
per centurias diuidunt et ex singulis unum sumentes tot marti iugulant: quo ex  
una quaq; contraria delegerint. **Atqui** non scythe solum propter ingenitam bar  
baris ipsi feritatem hęc admittunt abominatione: sed id proprium est idolorum  
ac demonum. **Malignitatis** facinus: **Nam** & egyptii antiquitus tales iunoni ho  
stias immolabant: **Phœnices** uero & cretas filiorum sacrificiis saturnum pla  
bant: & ueteres romani iouem quem latalem uocat: humanis hostiis colebant:  
& alii aliter: & omnes passim poluecebant et polluebantur: **Polluebantur** qui  
dem ipsi homicidia per petrantes Polluebant uero templa sua eiusmodi sacrifici  
is adolescentes: hinc iam hominum mala in uulgis penetrarunt: qui cum demones  
suos his rebus delestant uiderent: statim et ipsi in eiusmodi peccatis deos suos u  
nitati sunt: proprium uirtutis opus arbitrati: **Meliores** ut ipsi opinantur emula  
ri: eo euenit: ut homicidiis parocidiis et flagiciis omnibus homines: dediti sint  
& enim omnis ferme ciuitas flagitiis plena est: deorum suorum moribus similis  
facta nec est in idolatria probus nisi qui apud eos flagitiū documentum dederit.  
**Mulieres** igitur in idolophœnicę antiquitus prostabant diis illis primitias  
exibentes: sui ipsarum corporis mercedem: deamq; suam ratę meretricio pla  
tari: et ab ea ueniam hoc pacto exorari. **At** uiri naturam inficiantes cum masculi  
deinceps esse nolint uirtutunt in feminas tanq; exinde matri deum (sic enim  
apud eos dicitur) obsequia: & honorem exhibeant. **Omnes** autem ima cum  
turpisimis uiuant: & secum ipsi peioribus certant: et quemadmodum inquit  
sanctus christi minister paulus: **Mulieres** eorum permutarunt naturalem usum  
in eum qui est pr̄ter naturam. **Similiter** autem et mares omittentes naturalem  
usum mulieris incensi sunt in cupiditate ipsorum adiuicem. **Mares** in marib;  
turpidinem operantes. hec et eiusmodi perpetrantes confitentur: et arguunt  
deos suos uitam similem egisse. **Nam** ex ioue sodomitum et adulterium. ex  
uenere lenocinium. ex thea flagitium. ex marte homicidium. ex aliis alia didi  
cere similia: que cum leges punuit: tum uero probus hominis auertit. **Num**  
quid igitur dignum fuerit hos etiam putare deos: et non potius mutis animali  
bus: ac rebus in animis miserabiliores ducore? **Nam** si animi sui uim consideras  
sent nunq; in his rebus omnino precipites reuoluti uerum deum christi patrem  
repudiassent. **Sed** fortasse q; his altius eualerunt. et creaturā admirati sunt abo  
minationum reprehensionibus offensi: hec facilia cognitu: et reprehensibilitā  
apud omnes non negabunt et ipsi. illam uero opinionem firmā ipsi: et irrefraga  
bilem esse putabunt de celo celiq; partibus: quas religiose colueret. **Neq; enī**  
se lapides: et ligna: & formas hominum: atq; brutorum: uolatiliumq;: et rep  
tilium: et quadrupedum passim: sed solum: et lunam: et omnem celi ornatum:  
et terram rursus: et uniuersam aque naturam colere: et obseruare predicabūt:  
et neminem esse dicent quis hos quoq; ostendere possit: nō deos esse natura: **Cū**  
palam sit omnibus: hec non in anima: neq; irrationabilia consistere: sed homi  
num naturā excellere: que partim celos: partim terras inhabitent: **Sed** de his  
et uide dignū ē et iquiref, pr̄lus. n. et i his fō iūēt certā aduersus eos r̄phēsione  
**Sed** ante quam uideamus: et demonstrandi principium faciamus: **Potest** contra  
eos sufficienter creature ipsa serm: suffragari & ostendere factorem suum & op̄i

sicem deum ipsius: & universi regem: patrem domini nostri iesu christi: quem  
uani sapientes auertunt: & creaturam: que ab eo facia est: adorant: atque denicant  
que tamet adorat & ipsa dominum que facetur eum quem illi propter ipsam ne-  
gant: sic enim homines partibus creature stupentes probe ostenderit ipsarum p-  
tium mutua necessitas ostendit autem: & significat uerbi patrem: qui etiam ipso  
rum dominus & factor est obedientie precepto irrefragabili: quo diuina legis sa-  
ctio dicit: Celi enarrant gloriam dei: Opera autem manuum eius annuntiat fir-  
matum: Fides autem horum non obscura est. Sed ualde clara his certe: qui  
mentis oculum non omnino occulatum gerunt: Si quis enim creaturę partes ip-  
fas per se sumperit: & unum quodque seperatim considerauerit: ut solem per se  
ipsum solum: & lunam seorsum: & terram: & aerem: & calidam & frigidam: &  
aridam: & humidam substantiam ab ea quam inter se habent connexione dirimēt  
unum quodque per se ipsum exceperit: & seperatim contemplatus fuerit inueniet  
omnino nullam sibi ipsi sufficere: Sed omnia mutuo usu indigere: & alterius in-  
ter se adminiculis consistere Sol enim universo celo cui cumteritur: & in eo conti-  
netur: nec unquam extra illius ambitum existeret: Luna uero & alia sidera testan-  
tur qu id habeant a sole adminiculi: Terra item apparet non sicut pluuiis fructus  
reddere: At pluuiis non sine usu nubium in terram descenderent. Sed nec nu-  
bes unquam sine aere per se ipse apparerent atque consisterent: & aer non a se ipso  
sed ab ethere incenditur a sole uero illustratus clarificatur: & fontes: fluuique: non  
quam sine terra consisterent: Terra quoque non in se ipsa firmata est sed sup aqua-  
rum substantia constituit continentur autem undique: & ipsa in medio colligata uni-  
versi: Mare & qui universam terram ambit oceanus ingens mouetur auentis &  
agitque quecumque ipsum uis uentorum impulerit. Ipsi uero uenti quemadmodum  
de his tradidere non in se quidem. sed ex eo qui est ethoris ad aeternum ardore atque  
calore in ipso aere consistunt. & per ipsum ubique spirant. Nam de ipsis elementis  
ex quibus corporum natura constituit calidam duo. & frigidam: & aridam: humi-  
damque substantiam: quis a deo mente confusus est: ut ne sciat hec simul connexa  
consistere: diuisa uero: & per se posita continuo alia inuicem ab aliis internui: p-  
ut uis eius fuerit quod superabit. Calidum enim a frigido superante destruitur  
Frigidum e contrario in calida ex hauritur: Arridum rursus ab umido liqueficit  
& hec item ab alio torretur: Quomodo igitur hec dii fuerint: que alia aliorum  
adminiculo indigent: vel quomodo ab aliis aliquis petere conuenit: Cum ipsa  
mutuiter se usum requirant: Nam si de deo dicitur: Nullius ipsum rei indigentem  
esse: sed per se ipsum sufficientem & sui ipsius plenum: & in ipso omnia consiste-  
re: & potius ipsum omnibus inolescere: quomodo solem & lunam & alias creati-  
onis partes: que tales non sunt: sed mutuo indigent usu: deos predicare dignum  
fuerit. Sed fortasse fatebuntur et ipsi: quando ipsa in oculis demonstratio est:  
hec si diuisa fuerint et per se sumpta imperfecta esse: simul autem connexa omni-  
a: et magnum unum perficit corpus: totum deum esse dicent: Nam si totum  
unitum fuerit iam non ipsis extrinsicus necessitatatem fore totum uero sibi ipsi  
satis et per se ad omnia sufficiendum esse: uani sapientes ut hinc quoque reprehenda-  
tur disputabunt. Hec autem ratio non minusque supradicta sunt: Immo uero  
magis eorum: summa cum ignorantia impietatem ostendent. Si enim singula &  
nexa totum perficiunt: totumque ex singulis quibusque constituit totum igitur ex parti-  
bus ɔstat: et unum quodque totius partes sunt hoc autem prout est ualde ab his quod deo  
cogitantur. Deus. n. totum est: et non partes: neque ex differentibus ɔsistit: sed re-  
rum omnium constitutionis factor est ipse. Vide sane qui hec deseruit quod te aduersus di-  
uinitatem impietatis autores sunt. Si enim ex partibus constituit: prout ipse sui ipsius

dissimilis esse: et ex dissimilibus perfectionem habere dephendit. **N**ā si sol ē: lūa  
non est. si luna est terra non est. et si terra foret: mare non esset. Itaq; singula  
quipiam sumēs huiusmodi rationis eorū absurditatē inueniet: hęc et ex huāo  
corpo nō nostro: si quis perspiceret contra eos esse cognosceret. **S**icut & enim oc  
culus non est auris: nec auris manus. nec uenter pectus: nec item cœruix est pes:  
**S**ed horum unum quodq; suum habet officium: & ex his differentibus unum cō  
ficitur corpus: qđ partes habet modo connexas secundum usum: modo diuisa se  
cundum tempus: qđ tunc ciderit cum ea: que uinxit naturę disoluerit: pro dei  
uoluntate: qui preceptum imposuit (Cueniant det ipse: qui præualet orationi) **E**o  
dem certe modo si creationis partes in unum corpus connexas deum predican:  
**N**ecesse est ipsum secundum se ipsum sibi ipsi: ut ostendimus: dissimilem esse:  
**R**ursum uero dissolui secundum partiū naturam: que disolubilis est. **A**lio quoq;  
modo impietatem eorum quipiam proueritatis contemplatione reprehenderit.  
**N**am si deus natura incorporeus est: & inuisibilis: & impalpabilis: quomodo cor  
pus deum esse cogitant: & que uidentur oculis: palpantur manu diuino honore  
dignantur? & item: si id ualet quod deo dicitur: ipsum ire per omnia posse:  
nihil ipsius capax: ipsum omnī capacem: ac dominū ēe: quomodo non uidet  
qui creaturam deificant: ipsam ab hac diffinitione seclusam esse? **S**olis enim  
ubi sub terra fuerit lumen: terra ne uideatur in umbrat: lunam iterdui sol fulgoř  
lucis offuscatur: **E**t terrę fructibus grando sepius nocet ignis uero si qua fuerit aq;  
ruim mundatio restinguatur. etiam hiems quidem truditur uere: uerestate termi  
nos preterire non sinitur. & hec item suis horas autumno prohibetur excedere.  
**Q**uod si dii essent: oportebat eos non a se ipsos: inuicem subigi: ac premi: **S**ed  
una semper esse: & communia pariter officia complere Solem oportebit simul et lu  
nam: reliquumq; stellarum certum inter duū ac noctu equum lumen hāre: idq;  
ominib; lucere: & ab ipsis oriri. **O**portebat estate simul: & hyemen: uer: et aut  
umnū impermutabiliter uidemq; consistere: **M**are oportebat pmisceri fontibus  
& communem potum hominibus præbere. **O**portebat tranquilitatem atq; pro cel  
lis promiscue fieri: ignem simul et aquam communem: et unum hominibus u  
sum præbere Nihil enim: nihil quisq; ex his detrimenti cepisset quippe qui dii sūt  
ut ipsi uolunt: nec ut noceant quicq;: sed ut prosint potius: omnia faciunt. **Q**đ  
si hec fieri oportebat: fieri autem non possunt propter eam: quam inter se reti  
nent discordiam: qui fieri potest: ut ea nomine uel honore diuino celebrentur:  
que inter se contraria: et repugnantia sunt: et eadem simul stare nō possunt: **Q**ue  
uero inter se natura sunt sedicioſa quomodo aliis pacem supplicantibus prebue  
rint: uel ipsis concordiq; interpretes extiterint. **Q**ue cum ita sit: nec sol recte: nec  
luna: nec alia que ius pars creationis: multo autem minus: que in lapidibus et  
auro: et alia materia sunt simulacra: nec i fabulis apud poetas celebrari iuppiter:  
et apollo: et reliqui uere dii fuerint: quemadmodum ratio demonstrauit. **S**ed ex  
his quedam creationis partes sunt: Non nulla uero in anima. **P**leriq; tantummo  
do homines fuere mortales: propterea et religio nis hac deificatio non diuini  
cult̄ s; sacrificii: ē i pietatis ē introduc̄io: et magni erroris argumētū erroris iq;  
ab ei cogitatione: qui unus est: et solus uere de christi dico patrē. **C**ū igitur hec  
ita confutata sint: et idolatriam apud gentiles totius impieatis plenam esse p̄ster:  
introductamq; eam non que sit hominum uitę conducibilis: sed perniciosa: **A**ge  
quod reliquum est errore confutato: sicut ab initio promisit oratio: ueritatis uitę  
ingrediatur et patris uerbum: qđ princeps est: et opifex contempletur: ut per  
ipsum eius etiam patrem consideremus: ut gentiles norint: q̄ procul a ueritate se  
ip̄os exterminarunt. **N**ā que supradicta sunt nihil aliud q̄ errore uitę redarguit

**D**einde cum nos condere uellet: tunc unum quendam fecit: & eū nominauit uerbum: & filium: & sapientiam: ut nos per ipsum faceret: **D**uas igitur dicit sapientias esse unam propriam: & cum substantialem deo: filium autē in ipsa sapientia factum esse: & huius participem nominasse solum sapientiam: & uerbum: **S**apiētia. n. inquit in sapientia fuit dei sapientis uoluntate: sic & uerbum alterum fuisse dicit pr̄ter filium in deo: & huius item participem filium ipsum per gratiam: non minatum, esle uerbum: & filium: **E**st autem & hec sua ipsorum heresios sententia: quę in aliis eorum scripturis ostenditur: **M**ultas potestates esse et unam quidē dei naturaliter propriam: & sempiternam: christum uero non esse ueram dei potestatem: sed ex his: quę potestates dicuntur: unam esse & ipsum: quarum una & locustam & bruchum: non potestatem solum: sed & magnā appellari: alias uero multas esse: & similes filio: de quibus & dauid cantat: dicens: **D**ominus potestatū & natura quidem: ut omnes ita & uerbum mutabile esse. sed suo ipsius libero arbitrio: donec uult: bonum manere quando tamen uult mutari: & ipsum posse: sicut & nos cum natura sit mutabilis. **I**ccirco enim inquit: & deus prenoscens ipsum fore bonum: hanc ei gloriam preueniens dedit: quam postea per naturam quoq; habuit: **E**o fieri ut ex operibus quę deus prenouerat: nunc ipse talis existat: **A**usus est item dicere: quę uerbum non est uerus deus q; si etiam dicitur deus non tamen uerus est: sed participatione gratie: ut omnes alii: sic & ipse dicit nomine deus & cum omnia per substantiam diuersa sint: & dissimilia deo: ita & uerbum a substantia: & sempiternitate dei patris per omnia diuersus est: atq; dissimilis. eorum autem: quę facta sunt & creata proprius & unus est: **P**ost hec autem quasi & successor petulantę diaboli factus in comedatione posuit: esse igitur & filio inuisibilem patrem: & uerbum nec perfecte: nec omnino suum ipsius patrē intueri: & cognoscere posse: **S**ed quod & cognoscit: & uidet proportione mensure suę cognoscere: atque uidere sicut & nos pro ui natura cognoscimus. & enim filius inquit: non modo patrem non plene cognoscit (neq; enim ad comprehendendum satis est) quin etiam filius ipse suam ipsius substantiam non nouit: & disperite: natura ac diuerte: & alienę: & singulares inter se sunt substantie patris: & filii: & ipsius spiritus sancti pronuntiauit: & ipse omnino dissimiliter eos esse inter se substantiis & gloria in infernitum: **V**erbum igitur quantum ad similitudinem substantię pertinet & glorię alienum omnino ēē dixit: ab utris q; patre uidelicet & spiritu sancto: his enim uerbis pronuntiauit impius: & diuisum esse: per se ipsum: & in omnibus singularem a patre filium esse dixit: **H**ec fabellarum sunt partes quę in ridiculo posite sunt arii commentarios **Q**uis igitur qui hec: qui ue comedationis cantum audiat: non merito arium oderit: de his rebus tanq; in scena ludentem? quis non uideat hūc mulieridum nominare deum ac deo dicere uidetur: quasi serpentem insidiari? **Q**uis deinde cum in hec inciderit: non inspiciat impietatem eius? sicut & serpentis subsequentem errorē: quo mulierem captam deduxerat? **Q**uis non super eiusmodi blasphemias obstupescat? **C**elum quidem: ut propheta inquit: obstupuit: & terra tremuit in transgessione legis: **S**ol uero cum magis indignatur: nec sustineret corporis contumelias quę tunc in dominum nostrum omnium comunem siebant: **Q**uasq; non inuitus ipse pro nobis patiebatur: contractis radiis auersus ē: ac diem illum sine luce reddidit. **A**t uero super arii blasphemias: quomodo non attenuata obmutescit natura omnis humana quomodo non aures obturat: oculos quę premit: ut nec talia audire: nec eum qui eiusmodi scripsit uidere possit? ipse uero dominus quomodo non iuste magis aduersus hos impios pariter: & sine christo ea clamat: quę per prophetam quoquę predixit oseum? **V**ę ipsis. quoniam resiluerunt amē. miseri sunt quoniam impie fecerunt contra me:

ego autem redemi ihsos: ipsi uero contra me locuci sunt mendacia. et paulopost: et contra me cogitauerunt: mala auersi sunt ad nihilū: **Q**ui ppe qui cū uerū dei uerbū auerterint: falsūq; sibi ihsū fixerit: in nihilū ceciderūt: iccirco enī et uniuersis synodus ariū: qui hēc dicebat: ab ecclesia deiecit. & anathema fecit ipieta tem eius non sustinens: & hēresis deinde: reputatus est arianus error: quā plus a liquid hēret aliis hēresibus quia uidelicet impugnatrix christi appellata est: & q; si prēnuntia antichristi reputata est: q;q igitur hoc: ut ante dixi: iuditium aduersus ipiā hēresē: ipsū p; se ad suadēdū maxie sufficeret: ut oēs ab ea fugerēt quoniam tamen eorū nonnulli: qui christiani uocantur: in differentē: quod adueritatem attingit: hēresis arbitrantur: siue illi ignorent: siue ut antedictum est simulent: eos etiam: qui talia sentiunt: christianos nominant. age pro uitib; interrogemus eos et hēresis reuellemus: astutiam: fortasse hoc etiam modo erubescentes reprimetur: et fugient ab ea: tanq; a fatie serpentis igitur si quia scripturæ uerba quedam in comediatōe possita sunt: maledictōes propterea benedictōes esse existimāt: necessario cum uidēos nunc etiam legem: & prophetas: legere uideant: una cum illis christū negabunt: et ipsi. Fortasse etiam si manicōes audiunt: qui aliquas euangeliorum partes legunt: cum iplis quoq; legēs: prophetas q; negabūbc. **S**i uero ignorantes ita uexantur: & hēc inepte loquuntur: discat a scripturis: q; hēres diabolus excogitans: propter suum malitię fetorem uerba do scripturis in tuō sumit: ut sub eorum pregetxu: cum uenenum suum sparserit: simplices capi at: Sic euam decepit: **S**ic et alias hēreses subornauit: **S**ic & ario nūc dicere persuasit: & personam utiq; aduersus hēreses induere: ut propriam hēresin clandestinū iniceret: **E**t tamen nec sic quidem ueritus latuit: Nam cum in dei uerbum impie faceret: statim ex omnibus cecidit: & palani omnibus fuit: ipsum etiam dereliq; ignorare: et nihilō omnino uerum sentientem simulare: **Q**uomodo enim uerum de patre dicet: qui filium negat: aquo ille reuellatur? **V**el quomodo recta de sancto spiritu sentier: qui maledicit in uerbum: aquo ille donatur: **Q**uis autem isti credi derit de resurrectione dicenti qui christū primo genitū propter nos factū a mortuis surexisse negat? **E**t quo nam modo qui plane: filii ex patre propriam: ac ueram generationem ignorat nun etiam de ipsis in carne p̄nitia falletur? **S**ic enī & iudgi: qui tunc erat: cum uerbum negarent: & dicerent: non habemus regem: nisi c̄sarem: omnibus simul priuati sūt: & exortes facti luminis: lucerne odoris: unguenti prophetæ: cognitionis: & ueritatis ipsius: & nunc nihil intelligentes: tanq; intenebris ambulant: **Q**uis enim talia unq; audiuit: unde: uel a quo hēresis assentatores: & largitione corrupti homines talia preceperunt? **Q**uis eis dum instruerentur: talia locutus est? **Q**uis dixit eis accedite omnes: ut omissō creaturis cultu: creaturam facturam q; colatis: **Q** d si hēc & ipsi nūc primum audiisse fatentur: negari nolint hēresin hanc esse alienam: neq; a patribus traditam: id uero: quod non a patribus: sed nunc inuentum est: quid aliud fuerit q; de quo beatus paulus predixit: in posteris temporibus deficient quidem a sana fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dēmonum auerentes ueritatē: **E**cce enim nos quidem ex diuinis scripturis palā loquimur: de pia fide: & tanq; lucernam super candelabrum ponimus dicentes: **F**ilius uerus natura: proprius est patris: proprius substantiæ ipsius: Sapientia unigenita: et uerbū uerum: & solum dei hoc est. **N**on creatura: neq; factura: sed propria partis substantiæ generatio: propter quā deus est uerus: ueri patris cum substantialis existens. **A**lii uero: quibus ait: **E**go dixi: dii estis solum participatione uerbi per spiritum sanctum hanc habent gratiam a patre. **C**haracter enim est substantiæ patris: & lumen de lumine: & potestas et imago: uera substantiæ patris. **H**oc enim rursum dominus dicit: qui me uidet: uidet et patrem: **S**emp at ē: et nūquā n̄ fuit: **N**ā cū sempiternus sit pater: s̄epiternū

& huius fuerit uerbum: & sapientia: ipsi uero quid nobis ex criminosa comesatione pronuntiantur: legant primū ipsam. imitantes. more scribentis: ut et cū ab aliis irridetur: discant in qua ruina iacent. et ita deinde dicant: quid nam ex ea fateantur: nisi quod deus non semper fuit pater. sed postea factus est: non semper fuit filius. non enim erat ante quam genitus est. non ex parte. sed ex nihilo factus ē et ipse. Non est proprius substantię patris. Creatura enim est et factura. Nec est uerus deus christus: Sed participatione & ipse deificatus est: Non nouit patrem absolute filius: Neque uidet perfecte filius patrem neque intelligit: nec cogit plene patrem uerbum: Non est ipse uerus: & solus patris uerbum: sed nomine tantum dicitur uerbum & sapientia: & per gratiam dicitur filius: & potestas non est immutabilis ut pater: sed mutabilis est: natura sicuti creature: & non sufficit ad cumprehensionem cognoscendi profecte patrem: Admitabilis utique heres: que nec persuasibile quicquid habeat: sed falsum semper contra uerum soniet & recte dictus omnino aduersetur. Si quis ergo his: que ab utroque dicuntur excusis interrogaretur: utrius fidem eligeret: is que nam uerba deo conuenire diceret & Sed dicant ipsi potius assentatores impietatis quod deo dicere conueniat. Erat ne deus uerbum: interroganti respondete: ex hoc enim cognoscetur: & reliquum utriusque prepositionum: Quid dicere conuenit. fuisse aliquando tempus: cum non erat: an semper fuisse illum: prius genitum esse: an sempiternum: an aeternum: Et ex tempore. Naturalem: an adoptioem: & participationem: & unum eum dicere ex his: que facta esse animaduertimus: an patri connectere ipsum dissimilem ne patris eum secundum substantiam: An similem patris & sempiternum esse: creaturam esse: an creaturas: per ipsum factas esse: ipsum esse patris uerbum: an alterum praeter hunc: & per illum hunc: per quod aliam sapientiam factum esse: & hunc nomine tantum modo uerbum: & sapientiam uocari: & illi sapientię: hunc partcipem & secundum factum esse. Vtra igitur uerba deum loquuntur: deumque esse demonstrant: & filium patris dominum nostrum iesum christum: An hec quod uos euomistis: an hec que nos ex scripturis diximus ac dicimus. Quod si neque deus est: neque uerbum: neque filius saluator: licet ut gentilibus: & iudeis: ita & uobis dicere: que uultis Sed si uerbum patris: & filius uerus est: & ex deo deus ē & super omnia benedictus in secula: quomodo non dignum est tolli: & aboliri cum cetera uerba: tum etiam arianā insaniam quasi malorum exemplar: & omni impietate plena: inquam qui inciderit: non uidet: quod apud eam terrigenē peunt: & profundo barathri occurit: & hoc sciunt & ipsi: sed calidi occultant: cum ea loquuntur: non audeant: & ab his diuersa pronuntiantur: Nam si dixerint: damnabuntur: si suspecti fuerint: scripturarum argumentis: ab omnibus ciuentur. Quamobrem tandem seculi huius filii callide lucernam ipsorum consuetam ex caprificio accedentes: & ea ne statim extinguatuerentur ( lumen enim impiorum extinguitur ) Hanc sub modo simulationis occultant: & alia sub inde pronuntiantur: & amicorum presidia: & constantię in etiam proponunt: ut qui ad eos accedunt per simulationem: & nimis turpitudinem heresis non uideant. Quomodo igitur non ex hoc etiam heresis odio digna: quandoquidem a suis etiam ut que fidutiam non habeat occultatur: & quasi serpens souetur: Vnde omni hec ipsis collecta sunt uerba: aut certe aquo sumentes: talia dicere ausi sunt: hominum quidem neminem dixerint: qui ista tradiderit: Quis. n. hominum fuerit: getilis ne: an barbarus. quod quem deum esse fatetur: hunc ex creaturis unum dicere audeat: & non fuisse illum prius: quā fieret: An est qui deo creat: & ei fidem non habeat dicuntur: hic est filius meus dilectus: Sed dicat non esse filium: sed facturam: Omnes potius idignabuntur in eos: qui talia insanūt Sed nec ex scripturis occasionē hinc demonstratum est enim sapientius: demonstrabit uero nunc etiam: hec ab eloquiis

diuitis aliena esse. **C**um igitur reliquum sit dicere: q̄ hæc a diabolo sumentes in  
faniūt (hōg. n. illi sol⁹ ē fator) age cōtra ipsū stem⁹. **A**d ilū. n. p̄ istos nobis ē pu-  
gna: ut dñō iuuāte cū ille argumētis d̄ moſ cesserit. erubescant et isti confusum  
uidentes eum: qui h̄eresin ip̄is seminauerat: & discant aliquando sero licet se cū  
ariani sint: christianos non esse. **D**ixistis & sentitis id: quod ille uobis subiciebat:  
fuisse aliquando cum filius non erat: Hoc enim prīmū opinionis ueſtrę palium  
exuere oportet. **Q**uid igitur fuit. quando filius non erat? **D**icite ifames: & impii:  
si patrem fuisse dicitis: blasphemia uestra maior. **N**efas est enim dicere q̄ aliquan-  
do fuerit uel ipsum in tempore aliquo significare. **E**st enim semper: & nunc ē et:  
& cum sit est filii pater: & ipse est: qui est: & filii pater: Sin autem dicitis: quia fili-  
us aliquando fuerit: cum ip̄e non erat: fatua est ac stulta responſio: **Q**uo  
modo enim fuit ipse: et ipse non erat? **N**on ne igitur uos in his trepidantes dice-  
re necesse est: fuisse tempus aliquod: cum uerbum non erat. hoc enim proprieſi-  
gnificat: & ipsum ueſtroꝝ hoc aduerbiū aliquando: **E**t illud item: quod ſcribē-  
tes dixistis: Non erat filius anteq̄ genitus eſſet: Idem eſt: acſi diceretis: fuit aliquā  
do cum non erat. **E**t illud enim et hoc significat tempus ante uerbum fuisse. **V**n-  
de igitur uobis inuenta sunt h̄ec. **V**t quid et uos tanq̄ gentes fremuillſiſ: & uana  
meditamini contra dominum: & christum eius disputando: **S**āctarum enim ſcrip-  
turā nulla tale: quicq̄ de ſaluatorē dixit: ſed ſempiternum potius: & cū patre ſe  
per fuisse. in principio enim erat uerbum: & uerbum erat apud deū. et deus erat  
uerbum: et in apocalypſi h̄ec dicit: qui eſt: qui fuit: et qui uenturus eſt: ex eo aūt  
qui eſt: et qui fuit quis ſempiternum tollat: hoc enim: & paulus ad romanos ſcri-  
bens iudeos in epiftola arguebat: Ex quibus christus eſt ſecundum carnem: qui  
eſt ſuper omnia deus in ſecula benedictus: **G**entiles uero admonens dicebat: **V**i-  
ſibilia enim ipſius a creatura mondi per ea: quę facta ſunt: cōſpiciuntur: & ſempi-  
terna pōtas ipſius: atq; diuinitas: **Q**uę uero potestas dei ſit: paulus docet dices:  
christus dei potestas: & dei ſapiencia: Non enim cum hoc dicit patrem ſignificat:  
quęadmodum inter uos ſuſuratis: ſepe numero dicentes: Pater eſt ſua ipſius ſem-  
piterna potestas: Non eſt autem ſic: Neq; enim dixit ip̄e deus eſt potestas. **S**ed  
ipſius eſt potestas. **P**lanum aūt omnibus eſt. quia ipſe aliud eſt: q̄ ipſius: q̄q̄ alie-  
num nihil eſt ſed potius ſuum ipſius. **S**ed uerba legite: quę ſequuntur: & couer-  
timini ad dominum: **D**ominus autem ſpiritus eſt inquit: **V**idete ergo de filio ſi-  
gnificari: Nam cum de creatione cōmemoret: conſequenter etiam de opificiis in-  
creando potestate ſcribit: quę eſt uerbum dei: per quem & omnia facta ſunt. **Q**ā  
ſi creatura ſola ſine filio ip̄a per ſe ad id ſatis eſt: ut dominum cognoscere faciat:  
Proudete: ne cecideritis: arbitrantes creaturam quoq; abfq; filio factam eſſe: &  
quia in ipſo omnia conſiſtunt: neceſſario qui creaturam recte contemplatur: con-  
templatur et ſiliuū ipſius opificem et nemo cognoscit patrem niſi filius: & cui fi-  
lius reuelauerit: & philippo dicenti ostende nobis patrem: non respondit aſpiceꝝ  
creaturam: ſed qui uidet me: uidet et patrem. **C**onuenienter paulus cum gentiles  
accuſaverit: q̄ concinitatem: et ordinem creationis conſeptantes de opifice in ea uer-  
bo non cogitarent: **O**pera enim ſuum ipſorum opificem loquuntur: ut per ea  
uerum deum agnoscerent: et a cultu creaturarum desisteret: dixit: et ſempiterna  
ipſius potestas atq; diuinitas: ut filium ſignificarer. **S**ancti cum dicant: qui eſt aīe  
ſecula: et per quem fecit ſecula: **N**ihilo item ſetius filii eternitatem annunciant:  
Inqua et ipſum deum ſignificant. **H**esaias enim ait deus aternus: baruch autem  
ſcripsit. clamabo ad deum eternum in diebus meis: et paulopost: **E**go autem ſpe-  
raui in eterno ſaluatorē noſtro: et uenit mihi gaudium a sancto: **Q**uoniam uero:  
et ad hebreos apostolus ſcribens ait: qui cum ſit ſplendor gloriae: et imago ſu-  
ſtantiae ipſius: **C**anit autē et dauid in octogesimo nono psalmo: et ſplendor dñi

sit in nobis. & in lumine tuo videbimus lumen. **Q**uis est a deo demens. & filium dubitet semper fuisse? Quando enim lumen quis uidit sine splendore. uel claritate ut & de filio dicere possit: fuit aliquando: cum non erat: quoniam ante quam genitus esset: non erat: illud etiam quod ad filium in psalmo dicitur centesimo q̄ dragesimo quarto: regnum tuum: regnum omnium seculorum neminem sinit: uel quantuluncunq; inter uallum considerare: in quo non fuerit uerbum: Nam si omne in seculis continetur internallum: omnium autem seculorum rex est: & a ditor uerbum: necessario cum ante ipsum nec breuiuscum quidem fuerit inter nallum insania est dicere: fuit aliquando cum non erat: uerbum eternum: & ex nihilo filius est: **C**um uero & ipse dominus dicat: Ego sum ueritas & nō dicat: ego factus sum ueritas: sed sum semper dicat. Ego sū pastor: ego sū lux: & itē uos me dominum dicitis: & magistrum & benedicitis: sum & enim: quis qui hoc uerbum audiat a deo & sapientiam: & uerbum patris de se ipso loquentis: adhuc de uerita te dubitauerit: & non statim crediderit: q; in hoc uerbo sum sempiteritas filii: q; est ante secula sine principio significatur: scripturas igitur sempiterni tatem de filio dicere ex his constat: que dicta sunt: scripturas easdem e conuerso de creaturis dicere: que ariani pronuntiant: cum non erat: & priusq; & quando ea demonstrabunt: que dicenda sunt. Moyses enim cū de ea: que ad nos atin& generatione nararet. **O**mnis inquit uir iditas agri: ante q; gigneretur in terra: Et omne frēnum agri: anteq; surgeret: nō enim pluerat deus super terram: & homo non erat: qui ex erceret terram: & indeuteronomio: quando diuisit altissimus ḡtes: Dominus autem per se ipsum dicebat si me diligeretis gauderetis utiq; quia dixi: uado ad patrem: quoniam pater meus maior me est: **E**t nunc predixi uobis priusq; fieri: ut cum factum fuerit. creditis: De creatione uero per solom̄nē dicit anteq; terra fieret: & antequam abissi fierent: antequam erumperent fontes aquarum antequā firmarentur montes: ante omnes colles: ego parturiebar: & anteq; abraam fieret: ego sum: De hieremia uero dicit antequam tu me inuentre plasmas cognoui te: & dauid canit: domine refugium factus est nobis in generatione: & generatione: anteq; firmaren̄ montes & formaretur terra: & orbis terrarum. & a seculo: & usq; i seculum tu es: In daniel uero clamauit: uoce magna: Susana & dixit: Deus celestis cognitor occultorū: qui nouit oīa āte generationē eorū: hoc igitur nō erat aliquando: & priusquam fieret & quando & quotquot eiusmodi dictiunculē sunt: de his: qua generata: que uecreata: & exnihilo facta sunt: diei consentaneum est: & a uerbo aliena sunt. Quod si de creaturis: h̄c dicit scripturē: de filio autem hoc aduerbum semper: Non igitur oī impugnatores dei factus est: ex nihilo filius: neq; omnino filius est eorum unus: que facta sunt: sed patris imago: & uerbum sempiternum est: nec unquam non est: sed semper fuit: ut semper uere luminis sempiterminus splendor: Quid igitur tempora ante filium sonatis: uel quid post tempora filium peruerse dicitis: per quem & secula facta sunt: **Q**uomodo enim omnino tempus: uel per quos fuit: si nondū: ut uos uultis: filius apparuerat per quem omnia facta sunt: & sine ipso factum est nihil uel quid tempora significantes: non dicitis aper te: fuit tempus quando non erat uerbum: Sed temporis nomen tegitis: ut simplices decipiatis: sensum autem uestrę non omnino occultatis: immo uero occultantes: latere non potestis. **N**am tempora significatis itidem: cum dicitis fuit aliquando: cum non erat: priusquam genitus esse: **C**um h̄c ita demonstrantur: magis etiam in sole scitis dicentes: si non aliquando fuit: cum non erat: sed sempiterminus est filius: & cum patre simul ipsum iam non filium: sed fratrem patris esse dicitis. **D**o mentes illi quidem: & contentiosi. **N**am si eum sempiterne tantum simul esse diceremus: & non filium: probabilis quidem esset eorum in hoc simulatus

pudor: **S**i uero sempiternum dicentes ipsum fatemur ex patre filium: quomodo genitus generatis frater existimari potest: & si nostra in patrem filium q̄ fides ē: que nam his fraternitas inest: uel quomodo uerbum potest hui⁹ frater dici: cu ius & uerbum est: non ne contradic̄tio ista que uelut ab amentibus fiat? **C**onspiciunt enim & ipsi ueritatem: **S**ed occasio est iudaica & eorum qui ut ait salomon a ueritate discedere uelint: **N**on enim ex aliquo principio quod ante sit: pater & filius geniti sunt: ut etiam fratres existimentur: sed pater filii principiū est & genitor: **E**t pater pater est & non filius cuiuspiam genitus **A**t uero filius filius est & n̄ frater: **Q**uod si sempiterna patris generatio dicitur recte dicitur: **N**unq̄ enim substantia patris imperfecta fuit: ut sempiternitas ipsius huic superueniat: **N**ec tanq̄ homo genitus est e cęlo filius: ut sit paternae substantiae posterior: **S**ed dei genera tio est: & cum dei qui semper est filius sit proprius sempiternae manet: suum enī est hominum in tempore gigni propter naturae imperfectionem: **D**ei uero sempiterna est generatio propter sempiternam naturę perfectionem: **S**i filius nou est sed factura ex nihilo facta demonstrent prius: & quasi defactura somniantes clamen tuisse aliquando cum non erat: **C**reaturæ enim cum non essent factæ sunt: **Q**uod si filius est: hoc enim et pater dicit: & scripture clamant: filius autem nihil aliud est q̄ quod ex patre gignitur: quod autem ex deo gignitur: uerbum est ip̄o & sapientia et splendor: quid dicere oportet nisi quod cum dicunt: fuit aliquando cum filius non erat: uerbum a deo quidam quasi latrones arripiunt: & plane aduersus enim loquuntur q̄ aliquando sine proprio uerbo & sapientia fuit: & lu men aliquando sine splendore et fons sterilis & fuit aridus: **Q**uamuis enim tem poris nomen uereri simulantes propter eos a quibus uituperantur: ipsum ante tempora tuisse dicant: tamen quia dant interualla quedam in quibus ipsum non tuisse somniant nihilo secius tempora significantes & sine uerbo deum introducentes nimis impie faciunt: **S**ed si filii nomen etiam confitentur quia nolunt ab omnibus manifeste deprehendi esse autem hunc substantię patris propriam gē rationem inficiantur: quasi hoc esse possit absq; suspitione: que ex partibus ac di visionibus est nihilominus negant rursus uerum filium esse quem nomine tantū modo filium dicunt: **Q**uomodo autem non ualde errant de eo qui in corpore est ea cogitantes q̄ corporum sunt: & propter suę ipsorum naturę imbecillitatē id negantes quod est naturale & sempiternum patris: **E**os enim uideas qui nec quomodo sit deus: nec qualis sit pater cogitent: ipsi um etiam negare quando qd patris quoq; generationem ex se ipsis stulti mentiuntur: **S**ed eos ita dispositos & arbitrantes filium dei esse non posse miserari dignum est: interrogare autem & refellere non alienum fortasse uel sic ad se redibunt: **Fili⁹**: si ut uobis placet ex nihilo est & prius non erat q̄ genitus esse prorsus & ipse participatione filius & deus & sapientia uocatus est: **S**ic enim & alia omnia consistunt & sanctificata glorificantur: **C**uius igitur particeps sit dicatis necesse est: **A**lia namq; omnia spiritus participia sunt ipse uero secundum uos: **C**uius nam particeps fuerit: spiritus ne atqui spiritus ipse potius de filio sumit: sicut ipse dixit **E**t ratione caret ut hic ab illo sanctificari dicatur ergo particeps est patris: hoc enim relinquitur necessario dicendum: **Q**uid est igitur: aut unde est quod participatur? **N**amsi extrinsecus est intellectum a patre: non iam patris particeps fuerit: sed eius quod extrinsecus est: nec iam erit ipse secundus a patre qui habeat quod est se ipso prius: **N**ec uero patris filius diceretur: sed illius cuius & particeps filius uocatus est & de⁹: **Q**uod si absurdum hoc et impium **C**um pater dicat hic est filius meus dilect⁹: & filius quoq; patrem suum dicat esse deū manifestū est nō extrinsecus: sed substantię p̄is esse quod participatur: **H**oc item si aliud esset q̄ substantia filii n̄ minor obsurditas occurreret: qd id ex p̄e et filii substantia: quecumq; sit ea mediū rurs⁹?

intenſetur: Considerationes igitur eiusmodi cū absurdæ & p̄ter ueritatem ap  
pareant: dicere necesse est: ex substâlia patris suū ipsius uniuersum esse filiū: De  
ut n. oio participari perinde est acsi dixeris gignere: Gignere uero quid nisi fili  
um significat: ipsius igitur filii participia sunt omnia secundum spūs gratiā: que  
ab eo est: Idq; ex hoc planum esse ostenditur: q; filius quidē nullius ip̄e particeps  
est: Quod autē participatur ex patre id filius est: nā ip̄ius filii participes dei partē  
habere dicimur & hoc est quod petrus dicebat: ut sitis diuinæ naturæ participes  
quemadmodū apostolus dixit: Nescitis quia téplū dei estis: & nos tépla sumus dī  
uiuentis: & ip̄m filiū uidētes uidam? patrē: Si quidē cogitatio & cōpreehensio q; filii  
cognitio p̄is est: cū propria sit ex ipsius substâlia generatio: hoc n. quod parti  
cipari est: quemadmodū nemo uestrū substâlia dei passionem particioneq; ēē dice  
ret: Conceditis n. & fatemini participari deū & idem ēē participari & gignere: eo  
dem modo generatio & beatę illius substâlia nec passio est neq; participio: Non  
igitur passionē particione ue substâlia significamus cū filium & generationē  
dicimus: sed propriū potius et uerum & unigenitū dei ut cognoscimus ita credi  
mus: hoc igitur cū ita ostensum demonstratūq; sit: q; generatio ex substâlia p̄is  
filius ē: nulli deinde ambiguū sed omnibus manifestū tuerit: hunc ēē patris sapientiam &  
uerbum: in quo & per quē omnia creat & facit: et hoc est ipsius splendor in  
quo omnia illuminat ac reuellaat quibuscūq; uoluerit: hoc ip̄ius exemplar & ima  
go in quo contemplatur & cognoscitur propterea & ipse & pater unum sunt: Et  
enim qui hunc uidet: uidet et patrem: hoc christus ē in quo redemit omnia et no  
uam denuo creaturā operatus ē: Cū uero sit hoc modo filius non iam conuenit:  
quin etiā ualde piculosum est: hunc dicere ex nihilo factū: uel non fuisse priusq;  
genitus ēē: Nam qui hoc de eo dicit quod ē patris substâlia propriū blasphemia  
in patrem ipsum occupat: de quo eadem sentit: que dī ip̄ius generatione lōni  
ans mentitur: Sufficet quidem hoc quoq; solū h̄eresim arianā euertē: Sed tamē  
ipsius errorem sic etiam uideres: Si factor & creator deus ē per filium autē opera  
facit: nec aliter uidere licet: que sūt nisi per filium fieri: quomodo non blasphemia  
suerit: cum deus factor sit dicere ip̄ius operabile uerbum & sapientiam aliquan  
do non fuisse: idem ē acsi dices quia deus factor non est qui suum ex se non ha  
beat operabile uerbum: Sed id extrinsecus introducat & alienum sic abiō et dis  
simile substâlia in quo ipse operatur: Dicāt p̄terea nobis: sed ex hoc potius di  
cendo uideāt: impietatem suā: fuit aliquando cū non erat & non erat priusq; geni  
tus ēē: Nam si sempiterne non est cum p̄e uerbum Non ē sempiterna trinitas: s; i  
unitas prius fuit postea ex additione facta est trinitas & procedente tépore iuxta  
ip̄os crevit & theologiæ cognitione constituit: Ad h̄ec si filius non est sua p̄is sub  
stantiæ generatio: sed ex nihilo factus est: ex nihilo trinitas consistit: aliquando at  
plena Deerat enim filius anteq; genitus esset plena tunc fuit cum genitus est: Er  
go quod creatum est: cum creatore numeratur: & qd. aliquā noti erat cum eo qui  
tempor fuit deus dicitur & conglomeratur: Et qd maius est trinitas sui ipsius dis  
similis inuenitur: que naturis & substâliis externis alienisq; consistat Hoc au  
tem nihil aliud est q; si factam esse dixeris trinitatis constitutionem Quē nam  
est ista religio que necfui quidem similis sit. Sed ex additione impleatur cum  
tempore: & modo non ita: modo ita sit. Par enim est ipsā rursum additionem acci  
pere: et hoc in infinitum: quando semel et ab initio constitutionē hūt ex additio  
ne: nec ambiguum est: quin minui possit: Nam qua adduntur eadem et detinī pos  
se constat. Sed non ita est absit uero: Non est facta trinitas sed intrinitate sempiter  
na est: et una diuinitas: et una sancti trinitatis gloria: Et eam uos in diuersas na  
turās scindere audetis: Cum pater sempiternus sit uerbum quod simul cum eo se  
det dicitis fuit aliquando cum non erat. Et cum filius simul cum patre sedeat:

hunc ab eo leumgere cogitatis **C**reatrix est & opifex trinitas: & uos eam deducere non ueremini **S**d ad ea quæ ex nihilo facta sunt: & i genuitati trinitatis seruilia coequare & regem dominum Sabaoth in subditorum ordinem cogere non erubeficiuntur: **D**efinite quæ pura sunt confundere uel potius falsa quasi uera cum ueritate coniungere: **H**ec enim dicere non est gloriam et honorem domino reddere: sed dedecus & ignominiam: **N**am qui filium spernit: spernit et patrem: **A**tqui theologia quæ nunc est in trinitate perfecta: est et ipsa uera & sola religio: **Q**ue si bona est ueritas q; subsequitur: ex additione uero theologiæ perfectio non consistit: oportuit hanc semper esse: q; si non semper nec nunc eam ita esse oportuit: sed quemadmodum uos ipsum fuisse supponitis: ut nec nunc quidem sit trinitas: **A**t enim christianorum nemo est qui eiusmodi hereticos toleret: **G**entilium enim p pria hæc: ut factam introducant: trinitatem eteris eā quæ sunt facta coæquent: **F**actorum enim est defectus & additiones accipere: christianorum uero fides in mutabilem nouit beatam trinitatem & perfectam: & semper eodem modo manet nec plus aliquid trinitati addit: nec imperfectam hanc genitam esse considerat: horum enim utrumq; impium est: **P**ropterea & ab his eam: quæ facia sunt sciuntur esse cognoscit: **V**nitatem uero eius in diuisibilem obseruans adorat & aria norum blasphemias fugit: **C**onfiteretur autem et nouit filium semper fuisse: **E**st n. sempiternus pater cuius & uerbum sempiternum est: **E**t in hoc certe rursum ipsi ciamus: **S**i fons est sapientia ac uitæ deus et ita uocatur ut per hieremiam me dederit liquerunt fontem aquæ uiuentis. **E**t item thronus glorie sublimis. **S**acrificatio nostra. **E**xpectatio israel domine: omnes dereliquerunt te: confundantur deliciantes super terra scribantur: quoniam dereliquerunt fontem uitæ dominum in baruch autem scriptum est. **D**e reliquis fontem sapientia: consequens fuerit: uitam et sapientiam non alienas esse a substantia fontis sed proprias non aliquæ fuisse sed semper: **E**st autem filius qui hæc dicat: **E**go sum uita: et ego sum sapientia locauit in tabernaculo consilium **Q**uomodo igitur non impie facit qui dicit fuit aliquando cum non erat filius: **P**erinde enim est acsi dixeris fuit aliquando fons haridus: fuit absq; uita et sapientia hic autem fons non esset: **Q**uicquid enim ex se ipso non gignit fons non est Hoc uero quanto plenum est absurditatis? **D**eus enim eos qui uoluntatem suam faciunt quasi fontem futuros esse policetur: cuius aqua non deficit qui per hesitam prophetam dicit: et impleberis quemadmodum desiderat anima tua: et ossa tua pinguiscent: et erit tanq; ortus irriguus et tamen fons cuius aqua non deficit: isti uero deum qui dicitur et est fons sapientia sit rilem ipsum et aliquando propria sapientia caruisse calumniari audent: **S**ed quæ ab his dicuntur falsa sunt: **V**eritas deum testatur sapientia suæ fontem sempiternum esse: q; si fons sempiternus est necessario sapientiam quoq; sempiternam esse oportet. in hac enim et omnia facta sunt: quemadmodum canit davit: **O**mnia in sapientia fecisti: et solomon ait: **D**eus sapientia fundauit teream: parauit auctores in prudentia et ipsa sapientia est uerbum et per ipsum ut ioannes inquit facta sunt omnia: et sine ipso factum est nihil: et ipse christus est: unus enim deus pater ex quo omnia et unus dñs jesus christus per quem omnia: et nos per ipm: q; si omnia per ipsum cum omnibus ipse non numerabitur **N**am qui deum per quæ omnia dicere non audet: unum ex omnibus esse: cōsequēs est. ut et unigenitum filium q; suus est paternæ substatiæ alium ab omnibus ēē dicat. et cum ex omnib; ipse non sit: **N**efas est de ipso dicere fuit aliquā cum non erat: et non erat priusq; genitus esset: **H**uiusmodi. n. uoces de his quæ facta sunt: dici conuenit ipse uero filius talis est qualis pater: cuius est substatiæ propria est generatio: uerbum et sapientia: hoc. n. proprium est filii ad patrem et hæc p̄rem filii proprium ōndit: ut nec deū quādoq; sine uerbo nec filium aliquādō non fuisse dicendum sit: **Q**uid enim ex

f

ipso nisi filius: uel quid uerbum & sapientia nisi sempiternitas ipsius? quando igitur deus absq; eo tuit quod est suum: uel quomodo potest aliquis de propria quasi de externa & aliena substantia considerare: alia enim ueluti que facta sunt nihil per substantiam simile habent cum eo qui fecit: Sed extra ipsum gratia & uoluntate ipsius uerbo facta sunt: ut possint aliquando desicere si is uelut qui ea fecit: Talis enim natura sunt res factae Proprietatem uero substantie patris hanc esse iam conuenit filium silicet Quomo igitur non fuerit audacia & impietas huc ex nihilo dicere & prius non fuisse q; genitus esset: sed superuenisse & item posse aliquando non esse: hoc etiam qui tantummodo cogitat consideret quomodo substantie patris perfectionem & plenitudinem tollit: Et enim manifestius denuo quis uiderit heres absurditatem: si cogitauerit filium patris imaginem esse at q; splendorem & characterem & ueritatem: Si enim luminis imago & splendor est: & substantie character perfectus & ueri patris ueritas est filius consideret qui diuinitatis imaginem & formam tempore metiuntur in quantum impietatis barathre precipitentur: Nam si filius non erat prius q; genitus esset: non semper fuit in deo ueritas que filius est cum dicat ego sum ueritas & cum substantia sit oio characterem eius & imaginem statim esse oportet: non enim imago dei est que pingitur extrinsecus: Sed deus ipse genitor est ei us in qua se ipsum uidens congaudet huic sicut ipse filius dicit ego sum cui congaudebat: Quando igitur se ipsum pater in sua ipsius imagine non uidet: uel quando non congaudebat: ne quis diceat audeat imaginem ex nihilo esse: Quomodo autem se ipsum factor creatorq; uidetur in facta creatuq; substantia: Tale enim esse oportet imaginem qualis pater eius est: Age igitur uideamus que patris sunt: ut & imaginem cognoscamus an ipsi fit: Pater omnipotens est immortalis potens. lumen rex omnipotens deus dominus creator & factor: Hec esse oportet in imagine ut uere qui filium uidet uideat & patrem: Qd si non ita est sed ut ariani sentiunt factus & non eternus filius est: non est hec uera patris imago: nisi forte erubescentes deinde dicat quia filius imaginem dicit: non est similis substantie significatio: ipsius autem nomen est solu Sed hoc item o impugnatores christi nec imago est neq; character: que nam similitudo est eorum que ex nihilo sunt ad creatorem qui ea facit esse que non sunt: uel qui fieri potest ut id quod non est simile sit ei quod est imperfectum est igit aliquando non fuisse: & ad ea que facta sunt similitudinem habere: Talem enim enim esse cum uelint ariani rationes sibi ipsi cogitarunt: dicentes si generatio filius patris est & imago & patris per omnia similis: debet omnino filius ut genitus est ita & se gignere & ipsum filii patrem fieri: & item qui ex eo genitus est gignetur & ipsum & sic deinceps usq; ad infinitum: Hoc enim ostendunt genitum gignentis similem esse blasphemiant inuentores christi uere impugnatores qui ne filium patris imaginem confiteantur corporalia de patre ipso terrenaq; sentiunt: ce sui uias defluxiones & affluentias de ipso predicatoribus: igitur filius si est: ut homo sit etiam genitus ut homo ut filius pater alterius sit: & ita deinceps gignantur ex aliis alii ut in deorum multitudinem successio secundum eos crescat: Qd si dūl non ut homo est sicuti certe non est: que hec minima sunt de ipso raciocinari non debent: Alia quidem animantia & homines ipsi ex operabili principio per successionem inter se gignuntur: & qui gignitur ex genito patre genitus conuenienter & ipse pater alterius sit cum in ipso hoc ex patre habeat ex quo & ipse genitus est: siccirco non est in his proprius pater: nec proprius filius nec manent in eis id quod pater est & filius: ipse enim filius sit & pater: Filius quidem generantis pater aut ex ipso generati At uero in diuinitate non ita est: non enim ut homo deus neq; enim pater ex patre est: Propterea non eum gignit q; futurus sit pater: nec filius ex defluxione patris est: nec ex parte genito genitus Propterea non ut etiam gignat

genitus est: **Q**uo fit ut indiuinitate sola pater proprie pater sit: & filius proprie fi-  
lius & in his & in solis maneat id quod pater est semper pater. & ed qđ est filius  
semp filius: **Q**uod ui ergo querit cur filius non sit filii generatius querat cur  
patrem pater non habeat: Sed hęc utraq; magna cum impietate sunt: **V**e enim pa-  
ter semper pater: nec unq; filius ita filius semper filius nec unq; pater fiet. **N**am et  
in hoc pr̄cipue character et imago patris esse demonstratur: **C**um id maneat qđ  
est: non uarians sed ex patre h̄is id entitatem: Si ergo permutatur pater: permu-  
tetur imago: **N**am ut his qui genuit ita et imago eius & splendor manet: **Q**uod  
si pater imutabilis est: & ita permanet quod est: necessario & imago sicuti est per-  
manebit neq; ueretur: **E**st at ex patre filius n̄ ergo aliud aliqd gignetur q; quod  
est patris substantię proprium: **T**emere igitur & hoc ex cogitarunt amentes qui  
apatre imaginem eximere uoluerunt: ut rebus creatis filium exequarent in his  
igitur cum ariani dum pro Eusebii doctrina constituunt & hunc esse existimant  
ueluti que pereum facta sunt: resiluerunt illi quidē a uarietate: et argutiaq; uerbu-  
la sibi ipsi fingentes circuibant ab initio cum primum heresim ista comenti sunt:  
& ad hoc etiam ex his quidam in foro pueris obuiam facti eos percontantur non  
de sacris quidam scripturis: **S**ed cordis sui quasi repletiones eructant dicentes q;s  
est eum qui non erat fecit ex eo quod est: an eum qui erat: ipsum igitur cum esset  
fecit an cum non esset: **E**t rursus unum est non genitum an duo: **A**tq; liberi arbitrii est & propria uoluntate non mutatur cum sit natura imutabilis: **N**on enim ut  
lapis est qui a se ipso maneat immobilis **D**einde: mulierculas etiam adeuntes ipsis  
item muliebria proferunt uerbula: **H**abebas ne filium priusq; peperisses: sicuti n̄  
habebas ita & dei filius non erat priusq; genitus esset: **T**alibus uerbis exultantes  
Iudunt inepti & deum hominibus assimilant: cum se christianos esse dicant ima-  
ginem dei comurant in similitudinem corruptibilium hominū: **A**d hęc igitur ni-  
hil responderi oportebat: que adeo stolida sunt & fatua: **S**ed ne firmum aliquod  
Heresis eorum habere uideatur. **C**onuenit **S**ic etiam ex superfluo in his ipsis dise-  
rere: propter mulierculas potissimum: que ab ipsis facile decipiuntur: **O**perte-  
bat eos cum hęc dicerent architectum interrogare potes ne sine materia adifica-  
re: **Q**uemadmodum non potes ita & deus non potuit uniuersa sine materia face-  
re: **O**pertebar & unum quemq; hominum ipsis interrogare potes ne sine loco es-  
se? **Q**uemadmodum non potes: ita & deus in loco est ut sic etiam ab audientibus  
confundi possent: uel si audierint q; filium deus habet cur eum negant se ipsis q;  
siderantes: **A**t si audierint q; creat q; facit iam non proponunt res humanas: sed  
tamen ipsis in creando etiā oportuit humana respicere & materiam deo subice-  
re: ut creatorem etiā deum esse negarent. & cum manicheis postea uoluntarentur:  
**Q**uod si cogitatio que deo est: ista transgreditur & qui tantum audierit eum  
esse credat ac nouit q; est non ut nos sumus: sed ut de⁹ est & creat n̄ ut homines  
creant: sed creat ut deus planum est quia generat non ut homines generat: sed ut  
deus. **N**eq; enim deus hominem imitatur: quin & homines quia deus proprie &  
solus uere sui ipsius filii pater est: patres & ipsi filioꝝ suog; nominati sunt ab ipso  
enim patria omnis in celo & interra denominatur: **S**ed que dicunt si manserint in  
ex quisita quasi sapientis aliquid dixisse putantur **S**i rationabiliter ex quisita fue-  
rint magno risu & illusione digni reperientur. Primo quidem prima eorum eius  
modi est interrogatio fatua & obscura non enim significant de quo interrogent  
ut qui interrogatur respondere possit: sed uniuersaliter dicunt qui est enim qui  
non erat: qnis igitur quis est? que ue ea que non sunt o ariani? **A**ut quis est ille  
qui est? & que dicitis esse uel non esse? **P**otest enim qui est facere que non sunt,  
& que sunt. & que ante fuerunt. **F**aber igitur & aurifex. & sigulus materiaꝝ que  
ante ipsis erat pro sua quisq; operatur arte uala que uoluerit fabre faciens. ipse

uniuersorum deus puluerem qui erat & ab eo iam factus erat suspiciens e terra hominem formar: cum tamen ipsam que prius non erat postea per propriū uerbum terram esse fecisset: **S**i ergo sic interrogant certum est q̄ & creatura prius nō erat q̄ facta esset & homines materiam que est operantur. **A**tq; eorum haud confistere apparebit oratio cum & fiant que sunt: & fiant que non sunt quemadmo dum diximus. **Q**uod si de deo ac uerbo eius loquuntur addant interrogationi ea que desunt: & ita interrogent: deus quis est fuit ne aliquando sine uerbo: & qui lumen est sine splendore an semper fuit uerbi pater? uel sic denuo qui est pater uerbum quod non erat fecit? an uerbum quod est sua ipsius substantię generatio secum semper habuit? ut cognoscantur quia de deo & qui ex eo est omnino cauillantur & argumentari audent: **Q**uis enim eos substinebit si dixerint deum aliquid sine uerbo fuisse? Inciderunt enim rursus in idem cum prioribus: **T**am& si id fugere & argutiis suis uellare student: sed non possunt: quos ne audire quidem omnino quispiam uellit disputantes. quia deus non semper fuit pater: sed postea factus est: ut & somnient. uerbum aliquando non fuisse: cum multa aduersus eos predicta sint argumenta: & Ioannes dicat. In principio erat uerbum paul⁹ item qui cum sit splendor & qui est super omnia deus benedictus in secula amen. **E**t melius quidem ipsis fuisse quiescere: **Q**uoniam uero non desinunt iecirco ad hanc impudentem eorum interrogationem hoc aliquis audax ut ipi ex aduerso interrogaret: fortasse cum se uiderint similibus circumueniri absurditatibus contra ueritatem pugnare desisterent: **M**ultum igitur aliquis deum precatus in primis ut propitius sit hoc modo ipsis occurerit qui est deus: factus ne est cum nō esset: an & prius est: q̄ fieret: fecit ne igitur se ipsum cum esset: an ex nihilo est & cum prius nihil esset ipse repente apparuit? **A**bsurda hec interrogatione absurditate & blasphemie plena sed similis est interrogationis illorum. **V**erum omni dixerint: Id omni impietate plenum est: **D**e ipso quoq; uerbo talia interrogare nepha rum esse: sic tamen ab eorum destruendam interrogationem huiusmodi irrationabilem & fatuam respondere necessarium est: **N**am qui est sempiterne deus est: **C**um igitur semper sit pater: **E**st & huius sempiterne plenior: quod est uerbum eius: & rursus qui est deus ex ipso & uerbum habet quod est: & nec uerbum postea factum est. q̄ antea non esset nec pater unq sine uerbo fuit: **N**am audacia contra filium: blasphemiam inducit in patrem: si quidem extrinsecus sibi excogita uit sapientiam & uerbum & filium. **Q**uod cunq; enim horum dixeris hoc ut dictum est generationem ex patre significat: Itaq; talis eorum interrogatione minime & recte quidem qui uerbum negant irrationabilem: etiam interrogationem habent: **V**t enim si quis solem intuens de splendore interrogaret ac diceret quis est eum: qui non erat fecit? an cura esset se ipsum fecit? is non satiam mentem habere existimaretur: sed uesanus esset quia qd ex lumine est: hoc extrinsecus cogitat. & de hoc interrogat: **V**nde & ubi & quando & an factum sit: ita & qui de patre filioq; talia considerat: & hoc modo interrogat: reprehensionem multo maior em abuerit: quia uerbum qd ex patre est extrinsecus ipi superinducit: & generationem q̄ naturalis est. oblique tanq fakturam appellat: non erat inquit priusquam genitus esset: **A**udiant tamen pro eorum & interrogatione: q̄ pater qui est filium fecit qui erat. **N**am uerbum caro factum est. & ipsum qui est dei filius ad mundi utilitatem fecit: & hominis filium: nisi forte ipsum iuxta samosate umne fuisse qdem dicerent priusquam homo fieret. **E**t hec quidem ad primam eorum interrogationem dixisse sat est. **V**os autem ariani dictorum uestrorum memores dicite. **Q**ui est eius qui non erat ad uniuersi opifitium indigebat an eius qui erat? **D**ixisti enim instrumentum sibi ipsi filium ex nihilo preparauit: ut per ipsum omnia faciat et: quid quo melius est? **I**d ne quod indiget: an id qd indigentiam supplet?

nunquid utriq; necessaria in uicem supplerent? **H**ec enim cum dicitis eius qui pre-  
paravit imbecillitatem prorsus ostenditis si solus etiam concta creare non potuit  
**S**ed extrinsecus instrumentum sibi ipse ex cogitauit: quasi faber quidam & struc-  
tor natus qui nihil sine alesia & sera operari possit: **Q**uid igitur hoc magis impiu-  
fuerit? uel quid in his omnino uersari oportet quasi fabrilibus? **C**um ea quae pre-  
diximus satis ostendant nihil ab eis nisi somnium esse: **A**d alteram uero interrogationem eorum stultam fatuamq; nimis q; ad mulierculas faciunt: nihil item de  
hac nihil respondere oportuit nisi hoc solum qd in superioribus etiam diximus  
non decore generationem: quae ex deo est irrationalium natura metiri: **S**ed ta-  
men ut in hoc etiam se ipsos agnoscant: bonum est ex eisdem rursus eis in hunc  
modum occurere: **S**i oio de filio pentrum interrogant cogitent unde natus est si  
lius: **E**t si enim filium pens non habebat priusq; generaret: Attamen imaginem q;  
non extrinsecus nec alienam sed ex se ipso habuerat propriam substantie & imp-  
mutabilem habuit ut & hunc in illo inspicere et illum in hoc intueri possent Si er-  
go ex humanis exemplis tempus genitorum capiunt cur non ex eisdem cogitant  
id qd filii cum parentibus naturale habent & proprium? **S**ed ritu serpentum id  
solum quod aptum est ueneno ex terra deligunt **O**portebat autem eos cum dpa-  
rentibus interrogarent ac dicerent filium non habebas priusq; generares. addere  
ac dicere an uero si filium habeas extrinsecus emis ut doinum ut aliud aliquid ex  
his que possidentur ut ille respondeat non extrinsecus habeo sed ex me est: **N**a  
que extrinsecus sunt: mancipia sunt: & ab altero in alterum conferuntur: **F**ilius  
aut ex me est: & substantie meae proprius ac similis non qui ab altero ad me deue-  
nerit: sed ex me factus sit: **E**t propterea totus in illo sum manens ipse quod sum:  
**S**ic enim res habet: & si enim pens tempore differat ut homo qui & ipse in tempo-  
re natus est filium tamen habet: qui cum eo semper est: nisi potentiam natura im-  
pediat ac prohibeat: **E**t enim leni in humbo erat proavi ateq; ipse genitus esset: &  
auus generaret: **C**um igitur ad id etatis homo prouenerit. si & natura potentia  
prebeat statim libere naturaliter homo filii qui per ipsu est pater efficitur: **Q**uare  
si cum de filiis ex parentibus interrogarent naturales filios non extrinsecus esse  
sed ex pareme cognoscerent: fateantur etiam de uerbo dei q; ex patre totus est.  
**E**t cum de tempore querunt dicant quid deum impediat: **C**onuenit enim inqui-  
bus. quasi ipsi ludentes interrogant: ex his eos q; impie faciant arguere: **D**icant  
igitur quid deum impediat quo minus semper ipse sit filii pater: Id enim quod ge-  
neratur consentiunt ex patre esse: **V**t autem se ipsos omnino condement qui de-  
um aliquid eiusmodi esse cogitarunt nunc quod mulieres interrogarunt de tem-  
poribus hoc ipsi interrogantur de sole ac splendore eius de fonte ac flumine qd  
ex eo est ut hec discant tametsi generationes sint semper tamen cum illis esse ex q;  
bus sint **Q**uod si eiusmodi parentes hoc hnt ut cū filiis naturaliter sint & semper  
quid non impietatem suam plane declarant qui deum creatis rebus minorē arbi-  
trantur **S**i uero hoc plane dicere non audent filiu tamen non extrinsecus sed na-  
turalem patris generationē esse consentiunt nihil aut est quod deū impediat **N**ō  
enim deus est ut homo sed & sole maior. Immo uero deus est solis manifestū est  
in eo sit sanctificata caro: & ipse propter eam accepisse dicatur: Ita homines nos consequentem spūs gratiam habemus. qui ex ipsius plenitudine accipimus: hoc uero dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem apponitur in psalmo non ut uos accipitis mutabilem uerbi naturam ostendens sed ex hoc potius imutabilitatem eius significans. Nam quia eorum qui facti sunt: natura mutabilis est qui ut dixim⁹ primi transgressores fuerunt primi rebelles: nec eorum actio constans: sed saepe contingit eum qui nunc bonus erat postea mutari & alium quedam fieri ut qui nup*iuſt⁹* erat: paulopost iniustus inueniatur. propterea eo quoque opus fuit imutabilis esset ut imutabilitatem iusticie uerbi homines imaginem formaque uirtutis haberent: hic autem sensus cām apud eos qui bñ sentiūt probabilem hēt: **N**ā quia primus homo adam mutatus erat: & per peccatum mors mundum introierat: iccirco secundum adam decuit imutabilem ut si rursus conaretur serpens: serpentes dolus euaneſceret: & cum dominus imutabilis inuariabilisque sit seī pens contibus in omnes uanis euaderet: **V**t enim cum prēuaricauit adam dolus ī omnes homines penetravit: ita cum dominus pualuerit talis deinde uirtus ad omnes p*ueniet*: **Q**uo fit ut nostrum quisque dicat (non enim cogitationes eius ignoramus) **C**onuenienter dominus unguit qui semper & ex natura constanter dilexit iusticiam & odit iniquitatem. & ipse mittitur: ut qui idem permaneat cum mutabilem carnem assumpsisset. peccatum in ea damnaret ipsum uero liberam efficeret: quo deinde posset ī ea legis iustificationem implere ut et nos dicere possemus non in carne sumus sed in spiritu: **S**iquidem spiritus dei habitat in nobis. **F**ruſtra igitur & hec nunc uobis ariani facta est opinio: & fruſtra scripturarum uerba p̄teixit. Verbum enim dei semper imutabile est: eodemque modo se habet: nō temere sed ita ut pater: **E**t enim quomodo similis si ita non est: uel quomodo prius omnia filii sunt nisi imutabilitatem & in uariabilitatem patris habet? non ille sicut legib⁹ subiacet & inclinationē habet ī alterutrum. hoc quidem amat illud aut odit ut alterutrum metu excidendi non admittat in cassum denuo mutabilis introducatur: Sed uelud deus & patris uerbum iustus est iudex et uirtutis amator. immo uero uirtutis elargitor: **C**um igitur natura sit iustus p̄p̄ea iusticiam diligere & iniquitatem odiſſe dicitur: ac si diceretur quia bonos amat & admittit iniquos auertitur & odit: **N**am & de patre hoc idem diuine scripture dicunt: iustus iudex iusticias dilexit. & omnes odit facientes iniquitatem: & portas sien diligit. tabernacula autem iacob non magnificat: & iacob dilexit esau uero odio habuit: **E**t rursus uox dei est per hesiam dicentis: ego sum dominus qui diligo iusticiam: & odi rapinas uel ī iusticias: aut ergo et illa uerba sicut hec accipient. nam et illa de imagine dei scripta sunt aut hec quoque sicut illa male intelligentes patrem etiam mutabilem ex cogitent: Hoc uero si dicentibus. aliis ne audiri quidem sine piculo potest bene ergo intelligimus deum dici diligere iusticias et odiſſe rapinas ex iniuria: non ipse sicuti qui inclinationem habet in alterutrum. & contrari uerū admittere potest: ut hoc quidem deligat illud autem respuat. hoc enim suum est eorum qui facti sunt: sed quia deus ueluti iudex iustos diligit: & admittit ab inquis aut auersus est: consequens fuerit hec quoque de imagine dei cogitare: quod eodem modo diligit et odit: **T**alem enim natura esse oportet imaginem qualis est pater eius: tametsi ariani ueluti ceci neque hoc neque aliud quicque diuinorum eloquiorum uideant qui cum a cordis sui cogitationibus immo uero exagationibus ceciderit ad diuinorum denuo scripturarum uerba configuiunt: In quibus ipsis pro consuetudine insensati non uident sensum eorum sed iniquitatem suam quasi regulam statuentes ad hanc eloquia diuina omnia distorquent qui ea tantum modo loquentes: nihil preterea aliud audire digni sunt quod errate scripturas uirtutem quod dei nescientes: **Q**uod si preixerint merentur confundi etiam et audire reddit quod sunt hominis

g

homini: et quæ sunt dei deo: **S**cripture igitur inquit in proverbiis habet: dominus  
creauit me ab initio uiarum suarum & in epistola apostoli dicentis tanto melior  
angelis factus quanto differentius pre ipsiis sortitus est nomen & paulopost: **V**nde  
fratres sancti uocationis celestis particeps considerate apostolum & pontificem  
confessionis nostræ iesum fidem ei qui fecit ipsum: **E**t in actibus: **N**otum igitur  
sit nobis omnis domus israel qui & dominum & christum deus fecit hunc iesum  
quem uos crucifixisti: **H**ec passim iactantes nec sensum recte capientes exinde  
arbitrati sunt uerbum dei creaturam esse & sacram & eorum unum quæ facta  
sunt Itaque rudens prætextu decipiunt cum uerba proponant & pro uero sensu p  
primum heresis uenenum aspergant: **N**am si cognoscerent impie non facerent in  
dominum glorie nec quæ bene scripta sunt male ipsi interpretarentur: **Q**uare si  
caiphae modum probantes iudeos sequi decreuerunt: ut ignorent quod scriptum  
est quia uere deus intera habitabit: apostolicas dictiones exquirere noluit non e  
nim iudeorum hec: **Q**uod si manichæci sacrilegis in mixti negant uerbum carné  
factum esse: & ipsius in carne presentiam nollint narrare proverbia. **N**am & hoc  
a manichæci alienum est: **A**t si propositi sui gratia & lucri quod inde auare faci  
unt & opinionis cui ambitione student uerbum carnem factum esse quia scriptum  
est negaret non audent: aut de hoc uerba recte intelligat quæ in presentiam salua  
toris corpoream scripta sunt: aut si sensum negant: negent & dominum hominem  
factum esse: non enim decorum est fateri uerbum carnem factum & his quæ de eo  
scripta sunt erubescere: & ob hoc sensum scriptorum corrumpere: **S**criptum est  
enim tanto melior angelis factus: hoc primum exquirere necesse est: **S**ed quemadmodum  
in omni scriptura diuina: ita & hic facere oportet ac necessarium est tempus  
quando apostolus dixerit & personam & exemplum cur scriperit fideliter  
obseruare ne si hec aut horum aliquid in incautum lectorum preterierint. id sen  
tiat quod procul sit aueritate: hoc & eunuchus ille discidi cupidus nouerat qui  
philippum rogabat dicens obsecro te de quo propheta dicit de se ipso an de alio  
quopiam: **V**erebatur enim ne si lectionem prætor personam intelligeret a recta se  
tentia declinaret. **E**t discipuli cum eorum quæ dicebantur tempus dicere uellent  
dominum rogabant dicens dic nobis quando hec erunt: & quod signum Præ  
sentis tuus: & plenitudinis seculi **N**am & ipsi a salvatore audientes quæ ad finem per  
tinent: tempus etiâ scire uolebant ut nec errarent ipsi & docere alios possent: **C**um  
igitur didicissent. thesalonenses qui erraturi fuerant rectâ ire uiam docuerunt  
**S**i quis igitur eiusmodi cognitionem recte tenuerit: rectum sanumque sensum fidei  
tenebit. **Q**uod si aliquid horum fefellerit continuo labitur in heres in tempus er  
go hymeneum alexandrumque fefellerit qui resurrectionem iam fuisse dicebant galate  
vero nunc post tempus circumcisioinem sequuntur Personæ passi sunt errorem  
iudei: & nunc quoque paciuntur: qui putant de aliquo ipsorum dici ecce uirgo co  
cipiet & pariet filium & uocabunt nomen eius emanuel quod est interpretarum no  
biscum deus & hoc quidem prophetam uobis suscitabit deus eum de aliquo p  
phetarum dici putant: & illud tanquam eius ad occasionem duximus est: non a philip  
po didic ert: sed arbitrantur ipsi de hec dico aut aliquo superiorum prophe  
tarum **T**alia igitur & christi impugnatores passi in abominabilem heresim ceci  
derunt **N**am si apostolici dicti personam & rem & tempus cognouissent: **N**unquam e  
a quæ hominum sunt in diuinitate capientes adeo impie fecissent malesani: hoc  
autem uidere potest: **S**i quis principium lectionis acceperit apostolus enim dixit  
multifariam multis quæ modis olim deus latus patribus nouissime diebus his lo  
cutes est nobis in filio cum peccatorum purgatio facta est apostolicum dictum me  
morat: quando autem locutus est nobis in filio uel quando facta est peccatorum  
purgatio: non ne eum homo factus est: post prophetas in nouissimo dierum.

Deinde quia narratio erat de preparatiōe nřa d ſouiffimus temporibus dicens cō sequenter memorauit nec ſuperioribus quidem diebus tacuisse hominibus deū : quibus per prophetas locutus est: **E**t quoniam prophetæ ministrarunt et per angelos dicta lex est: & filius accessit et ministrare uenit: necessario ſubiunxit: **T**an to melior angelis factus ostendens quia quantum filius diſtat a ſeruo tanto ministrione ſeruorum melior filii ministratio facta eſt: Ministrationem igitur apóstolus ueterem nouamq; diiudicans cum ad iudeos ſcriberet palam dicebat.

**T**anto melior ágelis factus propterea nec omnino quidem comperatiue dixit: maior uel preciosior: ne quis hunc et illos eiusdem quaē generis eſſe cogitaret: ſed melior dixit ut oſtenderet ab hiſ quæ facta ſunt fili differere naturam. **E**t hoꝝ a sanctis ſcripturis demonstrationem habemus hic dauid cāentis melior una dies in atriis tuis ſuper milia. inde ſalomonis resonantis accipite disciplinam: et non argento et cognitionem ſuper aurum probatum: Melior enim ſapientia lapiſibus preciosis: omne autem preciosum non eſt ea dignum: **Q**uomodo non altius ſubſtantie fuerint diuersęq; naturę ſapientia & lapides qui de terra ſunt.

Quæ cognatio aulis cœleſtibus eſt cum terrenis habitationibus uel temporanea & mortalia quid simile cum eternis & ſpiritualibus habent: hec enim & hec aias ait. hec dicit dominiſ eunuchiſ: quicunq; ſeruauerit ſabbata mea: & elegerit que ego uolo & amplexi fuerint teſtamentum meum dabo eis in domo mea & in parere meo locum nobilem: **M**elius filiſ & filiabuſ: nomen aternum dabo eis & nō deficiet: Sic ergo nulla eſt filio cum angelis cognatio **Q**uod ſi nulla eſt non igitur melior comperatiue dixit: ſed discretiue: quia natura huius diſtat ab ilis **Q**uo circa & ipſe apostolus quaē interpretatur q; melior dixit nulla i re alia poſſuit q; indifference filii ab hiſ quæ facta ſunt dicens quia hic filius eſt illa uero ſeruitia & hic ut filius cum patre ſedet in dextra: ſed illa ut ſerui preſto ad ſunt mittunt & ſeruiunt. **H**ec cum ita ſcripta ſunt: neq; in hiſ filiis o ariani factus oſtendit ſed ab hiſ potius quæ facta ſunt alienis & patris in cuius eſt gremio proprius.

**N**am q; & hic ſcriptum eſt factus: non ut uos arbitramini ſignificat factum eſſe filum. **S**i enim ſimpliciter diſiſſet factus: **E**t preterea nihil arianis occaſio fuifſet: **N**ūc uero filium predixit. per omnem littore progreſſum filium oſtendens ali um abhiſ eſſe quæ facta ſunt nec absolute poſuit factus: ſed melior factus indiſferentem namq; diſtinctionem putauit: eum ſciret quia de filio conſtanter proprio ſi quis enim meliorem factum uel genitum dicit: et eſſe meliorem dicit. **N**am q; eſt nihil diſſert ſiue quia natum eſſe dicat ſiue quis factum: qui uero facti ſunt. **C**um opificia ſint geniti dici non poſſunt: niſi poſtea ſane geniti filii participes geiti dicantur et ipſi non ex propria natura: ſed propter filii in ſpiritu participationem: & hoc item diuina ſcriptura nouit: **N**am de hiſ quæ facta ſunt dicit omnia per ipsum facta ſunt: et omnia in ſapientia fecit **D**eſiliis uero irati ſunt iob filii ſep̄e & filie tres et abraam centum annorum erat cum natus eſt ei isaac filius eius: **M**oyles autem diſcebat ſicui nati ſint filii **E**rgo ſi alius eſt filius ab hiſ quæ facta ſunt: et propria ſolum ſubſtantie patris generatio: neqq; arianis iactatur occaſio diſtinctionis factus. **N**am ſi in hiſ etiam confuſi uerba inſtent compatiue dici & iō quæ comparantur eiusdem generis eſſe: ut filius naturę ſit angelorum: arguent inprimis ut qui ualeſtini et carpocratis et aliorum hereticorum opinione ſequuntur. **Q**uorum alter angelos eiusdem cum christo generis eſſe dixit: **C**arpocrat uero angelos mundi opifices eſſe ait: a quibus cum & iſti forteſe diſicerint uerbum dei comparant angelis: **S**ed conſidentur talia ſomniantes psalmista dicente: **Q**uis ſimilis tibi inter deos domine et quis aſſimilabitur domino inter filios dei: **V**erum tamen audient quia ſi diſicerunt et ipſi q; comparatio in hiſ procul dubio uult fieri quæ eiusdem et non quæ diuersi generis ſunt: nemo deū

homini comparauerit nec rursus hominem brutis nec ligna lapidibus: propter dissimilitudinem nature: Sed res in comperabilis est deus homo autem homini comperatur & lignum ligno & lapis lapidi:& nemo de his diceret melior sed magis & plus. sic & ioseph pulcer magis erat p̄ fratribus eius & rachel pulchrior lilia. **S**tella enim stella non melior est sed potius distat in gloria: De his uero quae diversi generis sunt ubi hec aliquis inuicem comperat: tunc melior ad dicituram dicitur quemadmodum de sapientia & lapidibus dictum est: **S**i ergo dixisset apostolus tanto magis angelos filius precedit uel tanto maior est fuisse uobis occasio quasi filius compararetur angelis: nunc autem cum dicat meliorem esse eum tantumq; ab illis distare quantum filius a seruis ipsum ab angelorum natura diversum esse demonstrat & item cum eum esse dicit qui omnia fundavit ipsum ab his quae facta sunt: **N**am si & illud animaduerterint paulus eos simili modo redarguet cum ait: **C**ui enim unq; angelorum dixit filius meus es tu & ad angelos quidem dicit qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. **E**cce de his quae facta sunt fieri ea facturas q; esse dicit ad filium uero non factiram: neq; fieri sed sempiternum & regem & opificem esse confirmat dicens sedes tua dominus in seculum seculi & tu ab initio domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt celii: ipsi peribunt: tu autem per manes ex quibus & ipsis conspicere possent si modo uellent q; alius quidem est opifex & alia sunt opifitia: & ille qui deus est hec autem creata & ex nihilo facta: **N**am q; nunc dicitur ipsi pibut non quasi peritura sit creatura dicitur: sed ut ex fine: eorum quae facta sunt natura ostendat: **Q**ue enim perire possunt etiam si factoris gratia non perierint ea tamen ex nihilo facta sunt & non fuisse aliquando ipsa testantur. **E**t propterea quoniam hec talem naturam habet: de filio dicitur tu autem per manens ut sempiternitas eius ostendatur. **N**e q; enim habet ut perire possit sicuti quae facta sunt. **S**ed cum habeat permanere semper alienum est ab eo dicere non erat priusq; genitus esset proprium uero ipsius est semper esse & permanere cum patre. **Q**uod si nec ista quidem in epistola ad ebreos scripsisset apostolus ex aliis tamen epistolis e & ex omni scriptura prohiberentur certe tale aliquid de uerbo somniare cum uero & ipse scripsiterit & in superioribus demonstratum sit generationem substanie patris filium esse & ipsum opificem: hec ab eo fabricata ipsum splendorem & uerbum & imaginem & sapientiam patris quae uero facta sunt trinitate inferiora presto adesse atq; seruire: diversi generis igitur diversi q; substantiae filius ab ipsis facta sunt & patris potius substantiae propius propius inquam eius deniq; naturae consistit licet enim & ipse filius non dixit pater meus melior me est ne quis cum ab illius natura alienum putaret sed maior inquit non magnitudine quadam nec tempore sed propter eam quae ex ipso patre est generationem: **V**erum tamen dicendo maior est: substantiae denuo proprietatem ostendit & apostolus ipse non qui uerbi substantiam ab his quae facta sunt principaliter discernere uellet dicebat tanto melior angeli sicutius incomperabile enim est immo uero diuersum: sed qui uerbi incarnationem & quae tunc ab eo siebat præparationem intuenter hunc non esse prioribus similem ostendere uoluit: ut quantu natura prestat eis qui ab ipso premisi sunt: tanto etiam eo amplius gratia quae ab eo & per eum fit melior esset ministratio quae per angelos exhibetur: Seruorum enim erat frumentus tantummodo reposcere Filii autem & domini debita remittere: & uineam trahere sponere Itaque eam & quae ab apostolo subiunguntur filii differentiam ostendunt ab his quae facta sunt. cum dic propterea abundantius oportet obseruare nos ea quae audiuius ne forte effluamus: **S**i enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus: & omnis preuaricatio: & inobidientia accepit iustum mercedis retributionem: quotmodo nos effugiemus: si tantam neglexerimus salutem quae cum

initium accepisse enarrari per dominum ab eis qui audiueret in nos confirmata est. Quod si ex his unus quae facta sunt filius esset: melior eis non esset: nec in prævaricatione plus propter ipsum ultioris reponeretur. Neque enim in ministerio angelorum prævaricantibus pro uno quoque eorum plus & minus erat: Sed una lex erat una iudicata in eos qui prævaricarent: Sed quia uerbum de his non est quae facta sunt: sed patris filius est ideo quanto melior ipse & que per ipsum fiunt meliora & prestantiora sunt: tanto etiam poena maior: Videant igitur gratiam que per christum est: & ipsum agnoscant ex operibus quoque testificantem quod ab his que facta sunt diuersus est: Solus autem uerus ipse in patre filius & pater in ipso: lex igitur per angelos dicta est: & perfectum fecit neminem: cum uerbi indigeret aduentus quemadmodum paulus dixit. Aduentus autem uerbi patris operatus perfecit: & tunc quidem ab adam usque ad moysen mors dominata est: Verbi autem presentia mortem exinatuit. Nec iam morimur omnes in adam sed uiuiscamus omnes in christo & tunc quidem adauid usque ad bersabee lex gloriabatur & in sola iudicata notus erat deus nunc autem in omnem terram exiuit tonus eorum et omnis terra plena est cognitione dei: Discipuli enim gentes omnes docuerunt et nunc impletum est quod scriptum erat: Omnes erunt scientes dei & immo que ostendebatur figura erat. Nuper ueritas patefacta est: & hoc item apostolus ipse manifestius deinde declarat dicens: in tantum melioris testamenti sponsor factus est iesus & rursus nunc autem melius fortius est ministerium: quanto et melioris testamenti mediator est. quod in melioribus reprobationibus sanctum est lex & enim nihil perfecit. Inductio autem est melioris spei: & iterum dicit necesse est ergo exemplaria quidem celestium his mundari: ipsa autem celestia melioribus hominibus quam istis. Melior igitur & hic & habetque domino ascribitur. qui melior est & diuersus ab his que facta sunt: Melior enim hostia que per ipsum fit: Melior spes que in ipso est & reprobationes que per ipsum fiunt non ut que magna perius: sed ut naturaliter diuersa diuersio comperantur. Nam & qui haec disponit melior est quae facta sunt: et illud etiam quod dicitur factus est sponsor: sponsorshipe pro nobis ab eo factam significat. Ut enim cum uerbum esset caro factum est & factum esse carni computamus: facta est enim ipsa atque creata ita & hic factus est ut hoc iuxta secundam significationem accipiamus. quia ipse factus est homo & cognoscant litigiosi quod ab hac quoque peruersa eorum opinione refelleruntur abundantia non ipsius substantiam paulus factam esse significat qui nouerat ipsum esse filium et sapientiam et splendorem et imaginem patris. Sed factum esse hic quoque testamenti ministerio computatur per quod mors que aliquando dominabitur examinata est. Nam ministerium quod per ipsum fit hoc quoque melius factum est quod uim legis in qua per carnem inserviabatur condemnavit deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati: et de peccato condonauit peccatum in carne depellens ab ea peccatum in quo perpetuo captiuus tenebatur. ut intelligentiam dei suscipere non posset: et carnem uerbi susceptibilem præparasset. nos fecit non iam secundum carnem ambulare. sed secundum spiritum et sepius diceret: nos non in carne sumus sed in spiritu et filius dei uenit in mundum non ut iudicet mundum sed ut redimat omnes et mundus per ipsum saluetur. Tunc enim quasi reus iudicabatur a lege mundus: Nuper autem uerbum in se iudicium fecit: et pro omnibus corpore passus salutem omnibus elargitus hoc intuens clamat ioannes lex per moysen data est. gratia et ueritas per iesum christum facta est melior autem gratia quam lex et ueritas quam umbra. Melior autem ut dictum est per alium quempiam fieri non poterat nisi per filium qui sedet in dextera patris: hoc uero quid aliud significat quam filii proprietatem: et que patris est hanc filii diuinitatem esse: Patris enim impium filius regens in eadem sede cum patre sedet. Et uerbum quod prius

diuitiatae contemplatur deus est & qui filium uidet uidet & patrem: & ita deus unus est: & ad extra sedens parrem a sinistra esse non facit: sed quod in patre dextrum est ac uenerabile: hoc & filius habet & dicit ipse omnia quæcumq; pater habet mea sunt iccirco enim a dextra sedens filius patrem & ipsum a dextra uidet. **T**amen si ut homo factus dicat prospiciebam dominum quia a dextris meis est iugiter: **N**am & in hoc item ostenditur q; filius est in patre: & pater in filio quia cū in dextra sit pater in dextra est filius: & cum a dextris sedeat filius pater est in filio & angeli ministrant ascendentes & descendentes de filio autem dicit & adorat eum omnes angeli dei: & quando angeli ministrant dicunt ad te missus sum & dominus iussit: **F**ilius uero quis ut homo dicat missus sum & oret opus perficere & ministrare: **T**amen ut uerbum & imago dicit ego in patre & pater in me & q; me uidet uidet & patet et pater in me manens facit opera: **Q**ue enim aliquis in imagine contemplatur ea patris opera sunt. **H**ec igitur istis ipsam certe impugnantibus ueritatem satis esse possunt: **V**erum tamen quia scriptum est: melior factus si factum de filio dicitur prouinde ac genitum & esse audire nolunt uel q; melius factum est ministerium: factum ut diximus accipere & intelligere recusat sed ex hac dictione putant dici factum esse uerbum: **H**ec quoq; breuiter accipient quandoquidem superiorib; oblii sunt: si filius est ex numero angelorum dicatur sane de illo sicut de angelis hec dictio factus: & nihil ab eis per naturam differat: **S**ed sint aut & ipsi filii: aut & ille angelus & omnes communiter a dextra patris sed deant: uel cum omnibus presto adsit & filius tanq; spiritus qui ministret quiq; ad eiusmodi illorum ministeria mittatur & ipse: **Q**ud si paulus ab his filium cernit que facta sunt dicens cui enim dixit angelorum filius meus es tu: & hic ceterum terramq; angeli uero ab ipso fiunt: & ipse cum patre sedet illi presto adiutum ministrantes cui non fuerit denuo planum. q; non de substantia uerbi dixi hanc dictiō factus. **S**ed de ministerio qd; per ipsum factū ē: **Vt.** n. cum uerbum est caro factum est: **S**ic homo factus tanto melior in ministrando factus est ministerio qd; per angelos fit: quantum distat a seruis filius ab opifitis opifex. **D**esinat igitur de substantia filii dictā accipere dictiō hanc factus. **N**on enim de his est que facta sunt: & cognoscant quia factus dictio significativa est ministerio ac dispositionis factū. **Q**uomodo autem rebus creatis in ministrando melior factū sit qui natura melior erat: superiora declarant. **E**quidem arbitror fore de his eruescant. **S**ed si forte contendenter. haud absurdum fuerit in uesanam eorum auctoriam discedere: simulq; opponere istis uerba huiusmodi de ipso patre dicta ut uel confusi linguam suam maledictis contineant uel certe intelligent quantum insanie profunditatē inuenient. **S**criptum ē igitur sias mihi in deum protectorem. & in domum refugii ut salues me & rursus factus est dominus refugium pauperi: ut quotquot eiusmodi dicta in sacris scripturis inueniuntur. **S**i ergo hec in filium dicta esse fatentur qd; fortasse uerius est: agoscant quia sancti dignum dicunt ipsum qui factus non est sibi adiutorem esse deum: q; refugii. **E**t deinceps cum legunt & factus est & fecit & creauit in presentiam eius que in carne fuit scriptum accipient: tunc enim factus est adiutor domus que refugii cū peccata nostra corpore suo sustulit in ligno: dixit q; uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. & ego reficiam uos. **S**i uero in patrem hec uerba dici asterunt ergo qd; & hic scriptum est sias & factus est: huc eorum conatus progredietur ut deum et factum esse dicant. & de ipso haud aliter q; de uerbo eius disserere audebunt: **C**onsequenter enim eos talia de patre suspicari conuincitur: qualia etiam de uerbo soñiant: **S**ed absit ut hoc unquam fidelium cuiuspiam mentem pertransfeat. **N**am neq; filius ex his est q; facta sunt. **N**eque id qd; ita scriptum est & dicitur sias & factus est principium essentie significat: sed auxilium indigentibus factum. **D**eus

enim semper est & idem. **H**omines autem postea per uerbum facti sunt sicuti parter ipse uoluit: & his qui facti sunt inuisibilis est & in accesibilis deus: & hominibus p̄cipue q̄ i terra sūt: **Q**uādo igit̄ firmi hoies i plorāt. **Q**uādo p̄secutionē patientes auxidilio i digēt. **Q**uādo iurta affecti precāt tūc iuīsibilis ille cū hūanis sit beneficio sentitur quod p̄ propriū ipsius uerbum et in ipso facit: & continuo p̄ cuiusq; indigentia deus p̄n̄ est hominibus & inficitur infirmis robur persecutio nem pacientibus refugiumq; domus salutis iniuria affectis dicit ipsis ad hoc loquentibus amo ecce adsum. **Q**uod igit̄ in subsidium cuiq; sit per filium hunc sibi quisq; deum factum esse dicit: **N**am et ad iutoḡ ab ipso deo per uerbū sit: & hoc hominum consuetudo nouit: . **E**t hoc quilibet dici recte consentiret: Saepe et homines hominibus opitulantur & alius iniuria affectum defendit ut abraam loth alius profugo demum aperuit ut abdias filiis prophetarum: alius hospitem suscepit ut loth angelos alius indigenti largitus est. ut iob rogantibus ipsum: **H**i ergo si pro cuiusq; meritis dicerēt . hi mihi adiutor ille refugium alius largitor factus est. **H**ec cum dicerent . non generationis principium nec essentiam eorum significant qui benefecissent: sed beneficium qđ ab illis accipissent pari ratione sancti cum deo dicunt factus est & fias non principū quodam generationis significant. **D**eus enim nec principium habet nec factus est: sed salutem ab eo factam hominibus ostendunt. **Q**uod cum ita intelligatur cōsequens erit de filio quoq; qđ libet quoties qđ dicat factus est & fias: eadē seruare sententiam ut cum dici audierint factus melior angelis & factus est non facum di uerbi principium intelligent. nec ex his omnino factum ipsum somnient sed id a paulo intelligent de ministerio ac dispositione dici cum factus est homo: **Q**uādo enim uerbi caro factum est et habitauit in nobis: uenit qđ ut salutem ministraret omnibus atq; donaret: tunc salus nobis factus est uita factus est propiciatio factus est: **T**unc pro nobis ipsius preparatio angelis melior facta est: & uia factus est ac resurrectio: **E**t quemadmodum illud fias mihi in deum protectorē n̄ essentie ipsius dei generationem significat sed ut diximus humanitatem: ita & nūc factus melior angelis & factus est et in tantum melior factus est sponsor iesus non substantiam uerbi factum significat: absit sed ipsius : erga nos beneficiū ex humanitate factum licet heretici ingratū sint & litigiosi.

**C**um in superioribus de errore ac superstitione gentilium pauca ex multis libantes id quod ad idola pertinet lati dixerimus quonam modo ea ab initio inuenta fuerint qđ ex peccato homies sibi ipsi idolorum cultum excogitarunt: **Q**uin etiam dei gratia non nihil de uerbi paterni diuinitate significamus de ipsius in res omnes prouidentia atq; virtute qđ per eum bonus pater omnia disponit et ab eo concta nouetur: & in ipso uiuificantur: **A**ge o macari & pietatis fide uere christi amator consequenter etiam de uerbi humanitate narremus & ipsius ad nos apparitione diuina ostendamus quam iudæi calumniantur gentiles irrident: nos autē ueneramur ut in quo uerbi exinanitio uidetur: hic etiam multo maiorem multoq; ampliore erga eum pietatem habeas: **Q**uantum enim ab ipsiis irrideretur tanto maiore, diuinitatis suæ testificationem præberet: **Q**uae enim homines quasi fieri non possint minus comprehendunt ea ipse fieri posse demonstrat: & que homines tanq; absurdū ludificant ea ipse bonitate sua consentanea reddit. & que arguti homines tanq; humana rident ea ipse uirtute sua diuina esse demonstrat qui ex cogitatione idolorum per cruce solita ipsius humilitate peruerit illudentes uero & in credu

los. ut sua ipsius diuinitatem uimq; cognoscerent occulte conuerit Sed ad horū narrationem opus est eorum que p̄dicta sunt reminisci ut causam cognoscere possis cur tale tantumq; patris uerbum in corpore apparuerit nec saluat rem putes qui corpus naturali quadam ratione gestauerit: sed cum incorporeus sit et & uerbum pro sua tantum humanitate simul & bonitate ut nos saluaret humāo in corpore nobis apparuit: Sed nos qui de hoc uerba facimus prius de creatione uniuersi ac de opifice eius deo dicere conuenit ut hoc pacto quispam uideat hāc etiam auerbo per ipsa fabricante primordia merito factam fuisse renouationem Nihil enim contrarium uidebitur si per quem pater eam creauit in ipso etiam salutem eius operatus est Conditionem mundi & rerum omnium creationem differenter accepere multi & pro sua quisq; uoluntate diffinierunt. Alii enim dñt sponte omnia & ut casus tulit genita esse: ut epicuri qui pro sécentia sua nec uni uersi quidem prouidentiam esse fabulantur. plane contra ea dicentes que clara sunt atq; uidentur: Nam si sponte omnia sine prouidentia ut ipsi tiolunt genita es sent oportebat omnia simpliciter nasci & similia esse minimeq; uaria. Opus enim erat tanq; in uno corpore solem omnia esse uel lunam Et in hominibus totum o portuit matum esse uel oculum uel pedem: nunc autem non ita est. Videmus. n. aliud solem aliud lunam aliud terram: Et in corporib; item humanis aliud pedem aliud manum aliud caput: Hec autem distinctio res ipsas non sponte natas esse declarat: Sed earum causam procedere demonstrat ex qua deum etiam qui distinguit & omnia facit Cognoscere uos alii inter quos & magnus ille apud gentiles plato ex ate subiecta & non generata materia deum uniuersa fecisse disputant neq; enim potuisse quicq; facere deum nisi ante subiecta suislet materia sicut & fabro lignum ante subiectum esse oportet: ut operari possit: Hoc uero cum dicunt non intelligunt se deo circum ponere imbecilitatem: Nam si nō est ipse causa materia sed omnia omnino facit ex ante subiecta materia imbecilis ipse inuenitur q; sine materia nihil eorum que sunt operari possit sicut & fabri certe imbecilitas ē sine lignis nihil quorum usus indigeat operari posse Et enim pari ratiōe nisi materia fuisse & nihil deus operatus esset. & quonam modo factor iam & opifex dictus eset si aliunde operari habuisset & dico autem ex materia. Quod si res ita habet ut ipsi uoluunt deus ad hēc ut res sint: artifex solum non etiam creator erit: Si q; dem in subiecta materia operatur & materiæ autor non est ipse: nec uniuersi creator dictus esset & si materiam utiq; non creat: ex qua omnia consistunt que creat sunt qui uero alias sequuntur heres rerum omnium sibi singunt opificem pre ter domini nostri iesu christi patrem in his etiam que dicunt nimium cœcūtes: Et enim dicente ad iudeos domino non ne legistis q; qui ab initio creauit: mai sculum & feminam creauit eos & dixit huius cauila reliquet homo patrem & matrem & ad hērebit uxori sue & erunt duo in carne una Deinde significans eū q; creauit Quod igitur inquit deus coniunxit homo non separat quomodo isti alienā a patre creationem introducunt. Si uero est ut uult Ioannes qui omnia complectitur: & dicit omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil quonammodo alius opifex esse & preter christi patrem hēc quidem isti fabulantur: diuina at scriptura & christiana fides eorum certe stulti loquium tanq; sacrilegiū damnat Neq; enim sponte quia in prouissa non sunt neq; ex ante subiecta materia quia in beciliis non est deus sed ex nihilo & ex eo quod nusq; nullatenus erat deum omnia per uerbum fecisse cognoscit sic per moysen ait. In principio deus fecit celū & terrram Sed per utilissimum pastoris librum ante omnia crede: q; unus est deus qui omnia creauit & continet & ea ut essent ex nihilo fecit: Quod & paulus significans fide inquit credimus perfecta esse secula uerbo dei ut ex inui

sibilibus uisibilia fierent : deus enim bonus est immo uero fons bonitatis bono  
autem nullius rei foret iudicium: quo circa nulli esse inuidens ex nihilo concta crea-  
uit per proprium uerbum dominum nostrum iesum christum. Et ex omnibus  
quae super terram genus humanum miseratus est. quod cum uidisset non esse idoneum  
per proprie generationis rationem durare semper. plus aliquid ei gratificans ho-  
mines creauit noui ut cetera animalia simpliciter sed eos ad imaginem suam fecit  
quibus uero tribuit uerbi sui ut cum uerbi quodam quasi umbra tenerent rationales  
facti permanere in beatitudine possent. & ueram uereque sanctorum in paradi-  
so uitam exigenter. Sed rursus qui hominum nostre arbitrium : quod in utrumque poter-  
rat inclinari gratiam quam eis dederat preueniens lege firmauit & loco Nam in  
suum eos paradisum introducens legem dedit eis ut si gratiam seruaret & boni es-  
se persisterent uitam in paradi-  
so iocundam sine dolore sine solitudine uiuerent  
præterquam celestis etiam beatitudinis promissionem habebant. Quid si transgre-  
derentur et peruerentes ignavi fierent se iplos in morte pro natura sua corruptio-  
nem passuros esse cognoscerent nec deinde in paradi-  
so uicturos: sed extra eum  
mori-  
entes quod reliquum erat in morte et corruptione mansuros: Hoc et scrip-  
tura significat dicens ex persona dei: Ab omni ligno quod est in paradi-  
so comedetis ab eo:  
Quacunq; autem hora comederitis morte moriemini. hoc autem morte moriem-  
ni quid aliud fuerit quod non mortis solum sed in mortis & corruptione permanere?

Miraris fortasse . quid ita cum de humanitate uerbi dicere proposuerimus : nunc de omnium primordio narremus . Sed ne hoc quidem est  
a narrationis consideratione alienum : Necesse est enim qui desaluatoris ad  
nos apparitione dicimus . de hominum quoque primordio dicere cognoscas  
qua causa nostra illi occasio descendendi fuit et transgressio nostra uerbi huiusmodi ex  
ciuit: ut pueraret & ad nos dominus & appareret inter homines. Nos enim incar-  
nati illius causa extitimus et per nostram salutem humano etiam in corpore nasci  
& apparere concipiuit : Sic igitur deus hominem fecit & in corruptum persistere  
uoluit: homines vero ubi contemperunt & auerterunt adeo cogitatione & ut insu-  
perioribus dictum est considerarunt & cogitarunt sibi ipsi peccatum: cuius antea  
minas audiuerant condemnati sunt nec deinde sicuti facti erant permanerunt: sed  
per eorum considerationem corruptibile erat: & mors illi dominans uictoram obtine-  
bit: Transgressio namque precepti in id eos conuerterat quod naturaliter erat ut quem  
admodum facti erat. cum antea non essent ita nunc cum essent corruptionem reportis co-  
uenienter paterent: Nam si naturam huminam ut aliquando non esset uerbi presentia et humi-  
nitatem ad hoc vocati erat ut esset: consequens erat dei cogitatione priuatos & ad ea co-  
uersos que non sunt (Non esse. non phibetur mala esse atque phibetur bona) quoniam quidem eum qui  
est reliquerant deum hoc etiam priuati homines ne sequeretur ut uidelicet resoluti in morte  
& corruptionem manerent: Est. non homo naturaliter mortal is ut quod ex nihilo factus sit: sed  
naturaliter obtutus & corruptionem per similitudinem quam ad eum habet quod est: siquidem ea per  
ipsius cogitationem seruaret: ac deinceps incorruptibilis malis & quod admodum sapientia dic-  
tit: Observatio legis confirmatio in corruptionis incorruptibilis atque factus: reliquum uixisset  
tamen de sic quodam in loco scriptura significat hoc dices. Ego dixi dii estis et filii al-  
tissimi oes uos atque hoies mortuorum: et tamen unus principium caditis: Deo. non non solu ex  
nihilo nos fecit. sed uita nobis tamen diuina dedit gratia uerbi: hoies atque ab his auersi qui  
eterna sunt et calilio diaboli ad ea couersi participationes uerbi cum id quod naturaliter erat e-  
fugerent. siquidem boni constituerent ipsis malis corruptio non appeti possit sic et sapientia dicit deus  
hominem creauit ad incorruptionem & imaginem eternitatis suae: Inuidens autem  
diaboli mors introiuit in mundum: hoc autem factio moriebantur homines & co-

ruptio aduersus. inualescebat & hoc ipso contra uniuersum genus plusq; p na  
tura ualebat: q; in eos diuinitatis nimis precepti transgressione presumserat na  
& homines peccando non ad certos secuti sunt fines sed paulatim progredientes  
in iminensum usq; proprocesserunt. cum ab initio mittentores malitiq; fuissent. &  
contra se gressi qui non in uno uitio starent. sed noua omnia super aliis alia exco  
gitarent peccando insatiabiles facti sunt: Siquidem adulteria ubiq; erant & furtu  
uniuersa terra cedibus atq; rapinis imbura. lex de corruptione & iniuria sancta  
non erat: mala omnia priuatim et publice apud omnes fiebant. Cuius contra ci  
uitatem pugnabant & gens contra gentem insurgebat: Totus terrarum orbis  
dissensionibus & bellis diuissus. Cum omnes pro se quisq; de iniquitate cer  
tarent nec ab his uitia contra naturam habiant: sed ut apostolus ait christi testis  
& foemine eorum permuttererant naturalem usum in eum qui est contra natura  
similiter & mares omittentes naturalem usum foemine accensi erant in cupiditate  
iporum ad iniucem: mares in maribus turpitudinem operantes & mercedē q; op  
portebat erroris sui in ipsis capientes propterea iam magis inualescente morte &  
aduersum homines corruptione perstante genus humanum corumpebatur Rati  
onalis uero & ad imaginem factus homo periebat. & q; adeo factum erat opus p  
debatur. Et enim mors ut ante dixi lege contra nos poterat. nec facultas erat effu  
gere legem: nam adeo propter transgressionem lata fuerat & profecto absurdum  
fumul: & indecorum facinus erat: absurdum quidem deum qui dixerat. mentitur  
ut cum legē ipse tulisset morte moritum hominem si preceptum præteriret  
post transgressionem homo non moreretur. sed uerbum illius solueretur: Neq;  
enim ueridicus deus esset si cum ipse dixisset morituros nos: homo non morere  
tur: indecorum autem rursus eos q; rationales facti essent uerbicq; participes peri  
re ac per corruptionem ad nihilum de integro redigi: Neq; enim dei bonitate di  
gnum que ab eo facta sunt aboleri propter diaboli fraudem quam hominibus  
struxerat. Aloquin etiam omnium maxime indecorum erat dei artem in homini  
bus euanscere uel propter eorum negligenciam uel propter demonum fraudem  
**Cum** igitur rationalia eiusmodi opera corrumpentur atq; perirent: quid deū  
qui bonus facere oportuit: an permittere. ut aduersus ea corruptio ualeret. &  
mors ipsa occuparet & quid ea profuisse ab initio fieri præstabat enim non facta  
esse quam facta neglegi atq; perire imbecilitas enim & non bonitas ex negligen  
tia dei cognoscitur si cum fecerit suum permittit opus corrupti: & id quidē ma  
gis q; si non ab initio fecisset hominem. Nam si non faceret non esset qui imbecili  
tatem argueret cum autem fecerit & cum in esse produxerit absurdissimum fuit  
opera perdi & maxime inconspectu eius qui fecerat. Non igitur permittendum  
fuit. ut homines corruptione ferrentur: cum indecorum id esset & indignum bo  
nitate dei: Sed quemadmodum hoc necesse erat ita e contrario rursus obiicitur  
deo par fuit: ut in lege quam de mortem tulerat uerus esse appareret: Absurdum  
enim erat propter umilitatem perpetuitatemq; nostram patrem ueritatis appa  
re mendacem: Quid igitur de hoc etiam fieri oportuit uel quid deo faciendum  
fuit: an exigere ab hominibus super transgressione penitentiam: hoc enim quispiā  
dixerit deo digū fuisse ut quēadmodū ex transgressione uenerāt in corruptionē  
ita ex penitētia redirent ad integritatē: Sed nec penitentia qdē seruabat q; deo co  
ueniebat: Mendax. n. denovo masisset nisi detinerent in morte hoīes: Ad hēc peni  
tētia nō reuocat ab his q; naturalia sūt l; pecatis tātūmō liberat: Si ergo peccatū  
solū esset: nec dñ corruptio sequeretur bñ tūc penitentia fuisse. Quid si trāgref  
sione semel. occupante hoīes in naturali corruptiōe detinebāt: & ea quæ secun  
dum imaginem est gratia priuati erant. quid aliud fieri oportuit: uel cuius ad  
hanc gratiam & reuocationem usus fuit nisi dei uerbi qui ab initio cuncta

ex nihilo fecit ! ipsius enim erat quid corruptum fuit ad integratatem reducere .  
Et qui prae omnibus esse possidet consequenter omnia solus regent pare poterat .  
& pro omnibus pati & de omnibus ad patrem legatus erat idoneus : hac igitur de  
causa incorporeus & incorruptibilis & immaterialis dei filius in regionem nostram  
uenit : qui nec antea quidem procul cum patre suo manens : **Venit autem cum**  
suas in nos humanitate & apparitione descendens : & conspicatus rationale genitus  
periens & morte ipsis de corruptione dominantem : conspicatus deinde transgressio  
nis minas corruptionem aduersus corroborantem : & quod absurdum erat . folui le  
gem priusq[ue] impleretur . **Conspicatus propterea quod contingat dedecus ut quo**  
rum ipse artifex fuerat ea tollerentur : **Conspicatus interea superabundantem . ho**  
minum malitiam quod eam ipsi contra se paulatim protendissent haud quod tolerabili  
lem : **Conspicatus etiam omnes homines morti obnoxios esse genus nostrum mi**  
seratus et infirmitatem dementia prosecutus & cum nostra etiam corruptio sub  
missus . & mortis uictoria minime per pessim ne quod factum erat perderetur : & o  
pus patris sui uanum efficeretur sibi ipse corpus assumit & a nostro minime alie  
num : neque enim temere uoluit incorpore nasci : nec solum apparere uoluit : & per  
aliud prestantius diuinam ipsius apparitionem facere : **Sed nostrum corpus as**  
sumit & hoc non inconsuete sed ex pura & intemerata uiri nescia uirgine purum  
uere quod ab oreis a comixtione uirorum : ipse enim cum potens sit et rerum omnium  
opifex in uirgine sibi ipse templum preparat corpus et hoc suum sibi quasi orga  
num facit in quo cognoscatur et habitet & cum nostris hoc modo corpus simile  
sumpisset quod omnes eramus corruptioni mortis obnoxii pro omnibus illud mor  
ti exponentis patri obtulit idque humaniter fecit : ut omnibus morientibus lex de cor  
ruptione hominum in eo solueretur tanquam mortis potans in dominico corpore i  
nplete est nec deinde contra eiusmodi homines locum haberet : homines autem ut  
pote ad corruptionem reuolutos proprietate corporis & gratia resurrectionis ad  
incorruptionem ipse redigere . & eos a morte suscitaret mortem ab eis quasi stipu  
lam igne resoluens : **Sciens enim uerbum quod hominum corruptio non aliter solue**  
retur quam omnino per mortem cum uerbum morti non possit quod immortalis est .  
& patris filius ob eam rem corpus sibi ipse quod mori posset assumit ut hoc quia  
uerbi in omnibus particeps esset pro omnibus morte sufficiens fieret et propter  
uerbum quod in ipso habitaret incorruptibile permaneret & in reliquum ab om  
nibus gratia resurrectionis corruptio desisteret : **Quamobrem tanquam sacrificium**  
& uictimam & uictimam omnis exprem maculae corpus quod sibi ipse assumps  
erat morti destinans mortem continuo ab omnibus sibi similibus mutui oblatio  
ne deleuit : **Nam uerbum dei quod pre omnibus esse possidet conuenienter tem**  
plum corpus quod suum exponens instrumentum creatum precium anime pro om  
nibus id quod debebatur in morte persoluit : & quem ad fieri potuit propter simili  
tudinem quam cum omnibus habet incorruptibilis dei filius omnes incorrupti  
onem induit promissione resurrectionis : **Nam et ipsa in morte corruptio locum**  
aduersus homines non habet propter uerbum quod in his propter unum corpus  
in habitat . **Et quemadmodum si rex magnus magnam urbem quandam ingres**  
sus in aliqua eius domo habitaret talis oio urbs honore multo dignaretur : nec  
deinde quispiam inimicus eam autem predator insultans euerteret : sed omni poti  
cultu digna dicere pp regem uidelicet qui in una ei domo habitaret : ita & de re  
ge oium fuit : ipse enim cum in regionem nostram uenisset : & in uno similiu[m] cor  
pore habitasset : omnes deinde hostiū in homines cessarunt insaniae : & mortis sub  
lata est corruptio : quem dui aduersus eos inualuerat : pierat enim genus humanū nisi  
si omnium dominus & saluator dei filius ad finiendam mortem uenisset : hoc au  
tem opus uere magnum bonitatem dei maxime decuit : **Si enim rex domum**

uel uerbū quā ipse condidit prenegligentia eorū qui inhabitant a prelatoribus  
oppugnari omnino non neglit: sed eam uelut opus proprium ulciscitur & li-  
berat non eorum qui in habitant negligentiam sed suam ipsius dignitatem respi-  
ciens: multo magis deus omnis boni patris filius non neglexit hominum genus  
qd' per ipsum factum est. incorruptionem precipitari: sed mortem que conting-  
rat proprii corporis oblatione deleuit: negligentiam autem eorum. sua ipsius do-  
ctrina correxit qui res omnes homium sua ipsius potestate regit. hęc etiam theo-  
logis ipsius saluatoris hominibus quispiam cōfere potest si forte in eorum scrip-  
tuas inciderit ubi dicunt dilectio enim christi continet non certantes hoc q̄ u-  
nus pro omnibus mortuus est: ergo omnes moriebantur: & pro omnibus mor-  
tuus est: ut nos non etiam nobis uiuamus sed ei qui pro nobis mortuus est: & re-  
surexit amortuis domino nostro ielu christo: & rursus paulominus ab angelis  
inmutum uidemus iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatū  
ut gratia dei pro omnibus mortem gustaret: deinde & causam cur non alium q̄  
ipsum uerbum deum in carnari decuerit significat dicens: **D**ecebat enim ipsum  
propter quem omnia & per quem omnia multos filios ingloriam ducentem pri-  
cipem salutis eorum per passiones perficere: hoc autem significat dicens q̄ alte-  
rius non fuit ab ea que erat corruptione homines reducere q̄ dei uerbi qui iani-  
nde ab initio fecerat eos: **Q**uod autem corpus & ipse dei filius sibi sumperit q̄r  
sacrificium de similibus erat corporibus hoc quoq; significant dicentes: quoniā  
igitur filii participes fuerunt sanguinis & carnis similiter: & ipse particeps fuit  
eorum ut per mortem euacuaret eum qui potestatem mortis habebat: hoc est di-  
abolus & hos liberaret quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxii erant  
seruituti. Nam propri corporis sacrificio legi que contra nos erat finem imposu-  
it & uitę principium nobis renouauit spem resurrectionis prebens nam quia ex  
hominibus in homines mors uictoriā obtinebat siccirco per incarnationē uer-  
bi dei rursum destrucciónis mortis facta est: & resurrectio uitę dicente uiro qui chri-  
stum gestabat: Nam quia per hominem mors & per hominem resurrectio mor-  
tuorum: sicut enim omnes in adam moriuntur. ita in christo omnes uiuiscabun-  
tur: & que deinde sequuntur: **N**eque enim nunc etiam quasi damnati morimur.  
sed tanq; excitati communem omnium resurrectionem expectamus quam tēpo-  
ribus suis deus qui eam operatus est: atq; donauit ostendet. & hęc quidem pri-  
ma fuit incarnandi saluatoris causa: **S**ed ex his etiam aliquis bona ipsius ad nos  
presentiam rationabiliter factam esse cognosceret. Deus enim qui rerum omnī  
potestatem habet cum genus humanum per proprium uerbum faceret: eorum  
imbecilitatem nature perspiciens. q̄ non sufficeret cognoscere opificem nec om-  
nino dei cogitationē capere cum hic esset increatus illud uero ex nihilo factum  
hic in corporeus homines ex inferiori corpore creati & omnino facta multum a  
factoris comprehensione & cognitione distare: miseratus denuo genus humanū  
ut qui bonus est: non reliquit eos ipsius cognitione destitutos ut esse haberet nō  
inutile: quid enim factis esse profuisset non cognoscētibus deum factorem suum  
uel quomodo rationales essent non cognoscēt patris uerbum in quo etiam  
facti sunt: nihil enim ne abruptis quidem animalibus different si nihilo plus q̄ tere-  
stria cognoscerentur. **E**t quid uero deus fecisset eos a quibus cognosci nollet.  
**Q**uare hoc ne fieret cum bonus sit propriam eis communicauit imaginē domi-  
ni nostri ielu christi. & eos fecit ad imaginem & similitudinem tuam ut per hanc  
gratiā p̄siderantes imaginē uerbū dico patris p̄ id possint ipsius pris cogitationē  
cape & factorē cognoscentes uitā iuuant felicē & uere beatā: **S**ed rurius stulti  
homines sic ēt datā sibi gratiā negligentes deū usq; adeo uerterunt & animam  
suam eo usq; perturbarunt ut non solum cogitationis dei abluuerentur sed ēt

& sumus: sed hoc merito patiuntur malefani qui deū corpus esse arbitrantur: non intelligentes quis uetus pater sit: quis uetus filius: quis splendor inuisibilis quę hypostatis incorporeā: quis ue character: & imago eius: **Nam** si ea cognoscerent dominō glorię nō usq; adeo cum risu detraherit: nec incorporeā corporali ter accipientes benedicta male interpretarentur: Satis enim erat dominum ista dicentem audire & credere: **Nam** si fides simplicitatis melior est ciallida per sua sio ne orationis. **Sed** quoniam hoc quoq; pro sua h̄eret uitiare conantur necesse ē peruersam illorum opinionē redarguere: & ueritatis sententiam aperire ut fideles confirmentur: **Non** enim dum dicitur ego in patre & pater in me alterius onerā tur tanq; manibus uasis: quę munio repleantur ut filius patris pater filii compl eat inanitatem: & neuter eorum plenus sit atq; perfectus. hoc quidem suum est corporum: Propterea id uel tantummodo dicere plenum est impietatis: plenus enim & perfectus est pater & plenitudo diuinitatis est filius nec rursus ut i sāc̄is deus fortificans est: ita & in filio: ipse enim est patris fortitudo & sapientia: & ea quę facta sunt participatione eius in spiritu sanctificantur: ipse uero filius nō participatione filius est. sed propria generatio patris. **Nec** item sic est in patre filius ut in ipso nos uiuimus & mouemur & sumus. Ipse enim tanq; ex fonte patris uita est in quo omnia uiuere & consistere facit: non enim uita uiuit in uitę qoniam uita nō esset: **Sed** ipse potius uiuicat omnia. Nouimus & asterium sophistam h̄eresis patronum: In hoc enim & ipse iudeos imitatus talia scripsit: **Clarum** enim est inquit q; propterea se in patre dixit & rursus in se patrem: quia nec sermonē quem percurrebas suum esse dixit sed patris nec opera item propria: sed patris qui potestatem dederat: hoc si puer simpliciter dixisset propter etatem ignoscendum esset sed quia is scripsit qui sophista uocatur: quiq; omnia scie profiteetur quanta esset hic damnatione dignus: **Quomodo** non etiam abhorrete demōstrat ab apostolo: q; se i persuasibilibus sapientię sermonibus extollit: & i his dcipē posse putatur: qui nec quid dicatur ipse nec de quo afferat intelligit: **Que** enim filius propria & soli filio qui uerbum est & sapientia: & imagini substantię patris conuenientia dixit ea ipse in omnes creaturas confert: quibus h̄ec com filio communia facit. **Et** ait iniquus uirtutem patris uirtutem assumere: ut impietati sue consequens sic dicere & filium in filio factum esse filium & uerbum uerbi potestatem sumpsisse: nec uult ipsum h̄ec dixisse ut filium sed eum quasi qui h̄ec & ipse didicerit omnibus pariter creaturis annumerat: **Nam** si ideo quia filii uerba non erant quę percurrebat sed patris erant: & opera dicebat: ego in patre & pater in me. **david** etiam dixit audiam quid in me loquetur dominus: **At** salomon uerba mea dicta sunt adeo: **Et** moyles quę adeo erant uerba ministrabat: ec unusquisq; prophetarum aiebat: h̄ec dicit dominus: quę non sua uidelicet erant sed dei. **Et** opera quę sancti faciebant: non sua esse dicebant: sed dei qui potestatē dederat sicut elias & eliseus implorantes deum: ut mortuos suos suscitaret quādo & neenam dicebat eliseus dum ipsum alepra mundaret ut cognoscas quia deus est. in israel: samuel & ipse in diebus messis dominum orabat: ut pluuiam daret: & apostoli non propria uirtute signa: sed gratia domini facere dicebant erit uidelicet iuxta illum. uox h̄ec omnium communis ut unus quisq; dicat. **Ego** in patre: & pater in me: tunc propterea unus patris filius sit uerbum & sapientia. sed & hic e multis unus existat. At qui dominum si talis erat: dicere oportuit non e go: sed potius etiam ego in patre & pater in me est: ut nihil proprium & precipuum h̄ec cum patre filius. sed gratiam eandem cum omnibus communem: **Non** est autem ut illi putant: nam quia naturalem non sentiunt ex patre filium: contra naturalem mentiuntur. **Cui** soli dicere cōgruit ego in patre & pater in me. **Est** enim ut intelligere licet in patre filius: quia totum hoc quod filius est substantię

patrii proprium ē: sicut ex luce splendor et ex fonte fluuius ut qui filium uidet p  
prietatē uideat: & cum filii essentia ex patre sit hunc i patre esse intelligat: **E**st ue  
ro et pater in filio quia quod est ex patre proprium hoc filius est. ut sol in splen  
dore mens in uerbo fons in fluuiio: **S**ic enim qui filium uidet substantię patris p  
prietatem uideat et patrem in filio esse intelligit: **N**am cum proprietatis paternę di  
uinitas filii substantia sit consequenter filius in patre est. & pater in filio: **N**am ic  
circo et congrue cum prius dixisset ego et pater unum sumus subiunxit ego in  
patre et pater in me ut & diuinitatis identitatem: & substantię unitatem ostéderet  
unum enim sunt. non tanq̄ unius denuo in duas partes diuisus sit nec aliud quic  
q̄ sint q̄ utrum: nec tanq̄ unus his nominetur: nec tanq̄ idem sui ipsius aliquando  
pater fiat aliquando filius: hoc enim fabellius cum dixisset hæreticus appellatus  
est: **S**ed duo sunt: **N**am pater pater est nec idem filius: & filius filius est. nec idem  
pater: una uero natura: **N**eque enim generatio a generante dissimilis: ipsius enim  
imago & omnia patris filii sunt. **P**ropterea nec alius deus est filius: **N**on enim ex  
tr̄insecus cogitarunt: quoniam omnino et multi constituerentur si alia q̄ patris  
diuinitas cogitaretur: **N**am si alius est prout generatio filius: attamen idem pro  
ut deus est: et utrum sunt ipse & pater proprietate nature: & unius ut dictum est  
dignitatis identitate: **N**am & splendor lux est. nec aliud a sole nec lux aliud: nec  
id participatione eius sed q̄ propria ipsius est generatio: **T**alis autem generatio  
lux est ab initio: nec quis q̄ diceret has duas luceas esse duos quidem solem & splē  
dorem: sed unam ex sole lucem q̄ in splendore luceat ubiq; sic & filii diuinitas  
patris est unde etiam in diuisibilis est: Itaq; unus deus est. nec alius ab ipso: **Q**ua  
re cum unum sit & una diuinitas: **E**adem de filio quecunq; etiam de patre dicun  
tur: nisi qd' pater de ipso nō dicitur: dicitur de' ut d' erat uerbū oipotens ut haec  
dicit qui erat et qui est et qui uenit omnipotens. dominus unus. ut unus domin'  
jesus christus: lucem esse: ut ego sum lux. collere peccata sicut cum dixit. ut au  
tem sciat q̄ potestatē habet filius hominis in terra dimittere peccata: & alia eius  
modi quoquot inuenieris. **O**mnia enim inquit ipse filius quecunq; pater habet  
me sunt. **Q**ui uero audit: que patris sunt: ea de filio dici uidebit: **E**t ita patrem in  
filio uidebit & filium in patre: qn̄ q̄ de filio dicuntur hec de patre dicuntur qd  
autem q̄ patris sunt patris de filio dicuntur: nisi q̄ ex ipso generatio filius  
**Q**uid item que filii sunt propria sunt? quia substantię ipsius propria est ge  
neratio filius: **C**onuenienter q̄ patris sunt. sua ipsius esse dicit: hinc & apte &  
consequenter cum dixisset: ego et pater unum sumus subiunxit ut cognoscatis:  
quia ego in patre et pater in me: **S**ed et ante dixerat qui me uidet: uidet & patre  
& est in tribus his dictis sensus unus: **N**am qui hoc modo cognouerit unum esse  
filium et patrem: nouit idem in patre ipsum & in ipso patrem. **D**iuinitas enim filii  
patris est. et hec in filio est: & qui hoc intelligit credit quia qui filii uidet. uidet &  
patrem: **N**am in filio patris diuinitas conspicitur: hoc est statu regis exemplo p  
plus intelligi potest: in statua namq; regis species est. et forma et in rege est. q̄  
in statua species? in statua enim regis similitudo impermutabilis est. ut qui statu  
am uidet uideat in ea regem: et e conuerso qui regem uidet ipsum i statua esse  
cognoscat: & quia non permittatur similitudo: si quis post statuam regem uell&  
uidere: statua diceret ego et rex unum sumus: ego enim in illo sum et ille in me  
et q̄ in me uides in illo aspicis: & quod in illo uidisti in me spectas: qui ergo sta  
tuam adorat. in ipsa regem adorat nam illius forma species q̄ statua est: **Q**uonia  
igitur et filius imago patris est. intelligere necesse est patris diuinitatē et proprie  
tatem filii substantiam esse: et hoc est qui cum in forma dei esset: et pater in me ē:  
**N**ec uero ex parte est diuinitatis forma: sed paternę diuinitatis plenitudo filii  
substantia est: et uerbum deus filius est: **I**ccirco cum et equalis deo esset non

rapinam arbitratus est esse e qualet deo & rursus quia filii diuinitas & forma nullius est alius q̄ patris hoc illud est quod dixit ego in patre: sic erat in christo deus mundum sibi ipse concilians: Nam proprietas substantię patris filius est in quo creatura deo conciliata est. hoc modo q̄e filius operatur; patris opera sunt **N**am paternae diuinitatis forma filius est qui opera facit: & ita qui filium uidet patrem uidet: **N**am in paterna diuinitate filius est atq; spectatur: & paterna forma q̄ in ipso est patrem ipsi demonstrat: **E**t ita pater est in filio. **E**t proprietas ac diuinitas q̄e ex patre est in filio filium in patre nec unq ab eo diuisum ostendit: & qui audit ac uidet q̄e de patre dicuntur: ea de filio dici nec per gratiam uel participationem substantie ipsius accedere: **S**ed quia ipsa filii substantia propria est essentię pater ne generatio probe ut modo dicebam dictum intelliget. ego in patre & pater in me: & illud ego & pater unum sumus: **E**st eniu filius qualis pater: quia omnia patris habet: & ideo cum patre significatur: patrem enim nemo diceret nisi filius esset: sed non qui factorem dicit deum continuo & facta significat: ē enim factor anteq facta qui uero patrem dicit statim cum patre filii quoq; essentiā ostendit. propterea qui credit in filium credit in patrem: **C**redit enim in patris substantię proprietatem: Itaq; una fides in unum deum est: & qui adorat ueneratur q̄ filium. in filio adorat ac ueneratur patrem: una enim est diuinitas & propterea in filio unus est honor una ueneratio q̄e patri per ipsum impendit & quie sit adorat unum deum adorat. unus enim deus est. nec aliis preter ipsum **C**um igitur & solus pater dicitur deus: & q̄ unus est deus: & ego sum: & pater me non est alius deus & ego primus & ego nouissimus benedicitur: **V**nus enim deus & solus & primus est: sed hec non indestructionem fili dicit: absit hoc. **E**st enim & ipse in uno & solo & primo: ut qui unius & solius & primi solum uerbū est & sapientia & splendor: **E**st enim primus & ipse primi & solius diuinitatis plenitudo: qui totus & plenus est deus: dictum est igitur non propter ipsum sed ut alterum esse tollatur: **Q**ualis est pater talis & filius eius: **E**t hęc quidem mens est prophete manifesta omnibus & certa: **S**ed quoniam impiū hęc quoq; iactantes domino detrahunt: nobis autem improverant. dicentes ecce unus & solus & primus dicitur deus: quomodo uos dicitis filium esse deum: **N**am si deus esset non diceret pater ego solus: & ego unus deus iccirco necessarium est de his quoq; dictis quantum fieri potest dicere: ut ex ipsis etiam omnes intelligent arianos uere impugnatores dei esse: **I**gitur si filio est cum patre certamente tales admittat uoces: & pater si filium uidet quale dauit adonum audiuit & abes falō. talia contra eum uerba dicit & proferat. nec forte filius cum se ipse deum dicat aliquos a patre seducat: si uero qui filium cognoscit patrem magis cognoscit: quem ipsi filius reuellat: & in uerbo patrem magis uidebit: ut dictum est. **N**am cum filius uenit non se ipsū glorificauit: sed patrem: qui se adeunt dixit: quid me bonum dicas nullus bonus nisi unus deus: qui interroganti quod ē maius in lege mandatum respondit audi israel dominus deus tuus dominus unus est. qui turbis dixit de celo descendit non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem patris: qui me misit: qui dicitur pueros docuit pater maior me est: & qui me honorat: honorat eum qui me miscit: **S**i talis est in patrem suum filius q̄e contentio fuerit ut ex his dictis talet aliquis suspicionem capiat: **P**reterea si uerbum est patris filius quis est adeo demens preter impugnatores christi qui deum putet talia locutum fuisse. ut uerbum calumniaretur ac tolleret. **N**on hic est christianorum sensus absit: nec propter filium hęc scripta sunt: sed ut dii falsi nominis destruerentur quos homines finxere & taliū dictorum sensus probabilem causam habet: **N**am quia falsis diis ad herentes homines a uero deo deficiunt iccirco deus qui bonus est curam agens hominum cum eos reuocaret errantes ego inquit deus solus: & ego sum & preter me non ē

alius deus et quotquot eiusmodi sunt dicta: ut que falsa sunt reiciantur: & omnes ad se conuerterent: **A**c ueluti si quis cum dies esset solo: appareret signumque ex ligno temere fingeret: qui nec cogitationem quidem lucis haberet: & hanc imaginem lucis causam esse diceret: sol autem hoc uidens diceret. ego solus sum lux diei: & non est lux alia diei praeter me non ad splendorem suum: sed ad errorem imaginis ligatus & dissimilitudinem fatigatus cogitationis aspiciens: hec loqueretur: ita est et illud ego sum ego solus & non est aliud deus praeter me ut a falsis diuis homines abducant: & discant posthac uerum deum: quippe qui cum hec diceret. deus per uerbum suum dicebat: nisi forte & hoc isti addiderint iudicari quia non per uerbum hec locutus sit: sed simpliciter dicta sunt. quantumlibet insaniant diabolici: factum est uerbum domini ad prophetas & hec audiebantur: **Q**uid si ipsius erat uerbum: & hec per uerbum dicebantur: nec aliquid est: quod deus dicat: & faciat quod non in uerbo dicat. & faciat non propter ipsum ergo dicta sunt o impugnatores dei sed propter aliena & quaque ab eo profecta non sunt: **N**am et sol iuxta similitudinem praepositam si uoces haberet non qui splendorem extra se reputaret sed in splendore lucem ostenderet: imaginis redargueret errorem ac talia diceret: **N**on ergo in destructionem filii nec propter ipsum talia dicta sunt. sed in reprobationem mendacii: Itaque non dixit ab initio deus tales ad adam uoces tametsi erat cum eo uerbum per quod omnia facta sunt: neque enim opus erat cum nundum idola essent: sed ubi homines ueritati rebelles fuerunt & quos uolebant deos sibi nominarunt: tum uero ad falsorum deorum destructionem talibus dictis opus fuit: dicerem et ego superadicies. hec etiam aduersus amentiam impugnatorum dei predicta fuisse ut cognoscerent si quem extra patris substantiam deum cogitatent: hunc uerum non esse nec solius et primi imaginem et filium: quare et si solius uerus pater dicatur: non in reprobationem eius dicitur: qui ait ego sum ueritas sed in eorum destructionem qui non sunt natura ueritatis. **Q**ualis est pater talis & filius. Sic enim & ipse dominus statim connexit: & quem misisti iesum christum quod si creatura esset se ipsum non coniunxisset: neque connumerasset ei a quo creatus erat. que enim uero est: cum falso communias? nunc autem cum se patri coniunxerit se naturae esse monstrauit: & nos cognoscere fecit seueri patris ueram generationem esse. **Q**uid quia didicerat ioannes docuit in epistola scribentes et sumus in uero deo: & in filio eius iesu christo: hic est uerus christus et uita eterna et cum propheta dicat qui celum explicuit solus ipse uero deus ego solus explicui celum plantum omnibus factum in solo solius uerbum significari in quo facta sunt omnia: & sine ipso factum est nihil. **Q**uare si per uerbum facta sunt. dicit autem ego solus cum solo filius etiam intelligitur: per quem factum est et causa: **S**ic ergo etiam si dicatur unus deus: et ego solus et ego primus in uno et solo et primo uerbum simul esse intelligitur: sicut in luce splendor: **N**ec uero hoc de alio intelligeretur que de solo uerbo: Siquidem alia omnia: ex nihilo per filium subsistunt. et multum naturaliter distant. ipse uero filius ex patre naturalis est ac uera generatio quapropter et dictum quod in excusationem heresis suae stulti perferre putabant uidelicet ego primus: hoc potius insaniam eorum redarguit: deinceps inquit ego primus: et ego nouissimus: **Q**uid si ita connumeratus his que post eum sunt: primus ipsorum dicitur ut huic illa secunda sint: erit iuxta uos et ipse ex his que facta sunt. solo tempore praecedens: sed hoc solum omnem imperatorem exuperat: **S**i uero dixit ego primus ut nec se ex illo nec ante se ullum esse ostenderet: Sed ipsum omnium esse principium et causam atque etiam ut gentilium fabulas destrueret. **P**lanum est etiam dum filius primogenitus dicitur non ut ipse cum creatura inumeretur primogenitus dicitur: sed ut omnium filio intercedente

i.4

opificium & adoptio demonstretur: **E**t enī sicuti pater primus est ita ipse primus est ut imago primi cum in ipso sit primus & generatio est ex patre & in ipso creatura omnis creāt ac adoptatur: **S**ed contra hec denuo commenticiis ipsorum fabulis contendere conantur nec ira quidem unum esse patrem & filium nec similem ut ecclesia predicit: sed esse ut ipsi volunt: dicunt enim quando quidem quod uult pater hēc uult & filius: & ei nec sensibus resistit neque iudiciis: sed in omnibus cum ipso sentit quia sententia rū identitatem & rationem consentientem copulatam quę patris doctrinę reddit: **I**ccirco ipse & pater unum sunt. **H**ec enī ausi sunt non nulli ex ipsis non solum dicere uerum etiam scribere: **Q**uid autem absurdum quid ue irrationalius dici potest: **N**am si propterea unum sunt pater & filius & hoc modo similis est patri filius uide & angelos & alia quę supra nos sunt principatus potestates thronos dominationes quęque apparent solem lunam planetas & ipsos sicut & filius filios esse & de his quoque dici ut sunt & ipsi & pater unum & unusquisque patris imago sit & uerbum **N**am quę uult pater: hēc uolunt & ipsi: neque opinionibus dissentient neque iudiciis: sed in omnibus factori suo audientes sunt. **N**eque enim in gloria sua permanisset nisi quę uult pater: hēc & ipsi uellent propterea qui non transit sed insoles fuit illud audiuit quomodo exciderit ecclę Lucifer qui mane oriebatur: quemō igitur si hēc ita sint solus hic filius est unigenitus & uerbum & sapientia: uel quomodo si tot sunt similia patri: solus hic imago est: **E**t enim iter homines multi inuenientur patri similes: plurimi quidē matires & ante eos prophete & apostoli & ante hos item patriarche & multi nunc etiam salvatoris mandati custodiunt ut sint misericordes sicuti pater qui in celis est & illud obseruent: **E**stote igitur imitatores dei tanq̄ filii dilecti & ambulare in caritate sicut: & ille christi: & tamen ex his nullus est nec uerbum ne sapientia nec unigenitus filius nec imago nec eorum aliquis ausus est dicere & pater unū sumus uel ego in patre. & pater in me: sed de omnibus dictum est quis similis tibi inter deos domine: uel quis similabitur tibi inter filios dei: de ipso autem solus in imago uera & natura patris est. **N**am & si facti sumus ad imaginem & imago dei & gloria appellati non tamen nos ipsis sed hanc uocationis gratiam habemus propter insitam nobis imaginem uerāque dei gloriam quę est uerbum dei quod: propter nos postea factū est caro: **C**um igitur ineptus & irrationalis hic eorum sensus appareat necesse est similitudinē & unitatem ad filii referre substantiam **N**am nisi ita dicatur nihil ut dictum est. differre uidebitur ab his quę facta sunt. nec patri: sed decretorum patris similis erit: Et ea differunt a patre quia pater pater est decreta uero doctrina sunt patris: si ergo secundum decreta & doctrinam filius similis est patris: pater iuxta eos nomine patrē est filius aut non impermutabilis in imago: qui etiā nec omnino proprietatem ullā uel similitudinem patris habere uidebitur: **Q**ue nam similitudo ipsis ac proprietas qui sit a patre diuersus? **N**am & paulus qui salvatori similia docebat nō erat ei per substantia similis: hēc igitur sentientes mentiuntur: filius autem & pater: ita unum sunt quemadmodum dictum est. & ita ē filius similis: & ex ipse patre: sicut filium uidere & intelligē licet ad patrem: & sicut splendorem uidere licet ad solem: **N**am quia si filius est . cum filius operatur pater operatur & cum filius ad sanctos uenit pater in filio tenet: sicut & ipse promisit dicens: **V**eniemus ego & pater: & mansionem apud eum faciemus: **N**am pater in imagine spectatur: & in ipso splendore lux est: **Q**uapropter ut pauloante diximus: cum pater gratiam prebet & pacem hanc filius prebet sicut pauls per omnem epistolam significat scribens gratia uobis & pax adeo est patre nostro & domino iesu christo: **V**na enim & eadem gratia est a patre in filio sic una lux solis & ipsa splendoris efficitur: **S**ic igitur de

nuo: cum pro thessalonicensib<sup>o</sup> oraret ac diceret ipse autem deus noster & dominus iesus christus dirigat nostrum iter ad nos unitatem patris seruavit ac filii non enim dixit dirigant tanq<sup>uam</sup> duplex a duobus gratia: ab hoc et ab illo preberetur: sed dirigat ut ostenderet quia pater per filium hanc tribuit: unde erubescere debent impi et cum possint nolunt: **Nam si uerbum substantie patris et sempiterna & p**ri<sup>a</sup> generatio non esset sicut splendor lucis: sed natura differrebat a patre filius susciceret patrem solum tribuere cum in his que<sup>s</sup> tribuuntur nihil factum cum factore communicet. **Nunc uero talis tributio unitatem ostendit patris ac filii:** **Ne** mo igitur oraret ut a patre et ab angelis accipiat: uel ab alia quavis creatura: nec diceret de tibi deus et angelus: sed a patre et filio propter unitatem uniformem turbationem per filium enim dantur: que<sup>cunq</sup> dantur nec quicq<sup>uam</sup> est: q<sup>uod</sup> non per filium pater optet: **Sic enim etiam qui accipit stabilem g<sup>ra</sup>m habet.** **Nam q<sup>uod</sup> pa**triarcha iacob filiis benedicēt ephraim et manasse dicebat deus qui me mituit ex iuuentute mea usq<sup>ue</sup> ad hunc diem: angelus qui me liberauit ex omnibus malis benedicat hos infantes: non ex creatis unum quiq<sup>uam</sup> natura sunt angeli connexui ei qui creauit ipsos nec discedens ab eo qui se nutriuerat deo benedictionem ab angelico petebant infantibus sed cum dixisset qui me ex omnibus malis eripuit: ostēdit non ex creatis angelis unum sed uerbum esse dei quem patri connectens orabat: per quem & filius deus si uoluerit liberat: hūc quia nouerat magni consilii a gelum uocari non aliud esse dicebat: sed ipsum qui benedicebat ac liberaret ex malis: neq<sup>ue</sup> petebat se a deo pueros autem ab angelo benedicti uolebat: sed ab eo quem ipse orans dicebat non te dimittam nisi benedixeris mihi: **Deus autem erat iste** ut ipse dicit uidelicet deum facie ad faciem: hunc et filiis ioseph benedicere orabat: **E**st igitur angeli proprium imperio dei parere saepe etiam precedit ut amorem org<sup>ani</sup> eiciat: et mittitur ut populum in via custodiat sed hec sunt non sua ipsius: sed ei<sup>us</sup> qui imperat mittitque dei: **C**uius est etiam liberare quoscunq<sup>uam</sup> uoluerit: **Quapropter** non aliud quam dominus deus uisus dixit ei: **E**t ecce ego tecum custodiāte in via quacunq<sup>uam</sup> ambulaueris: **N**ec aliud item q<sup>uod</sup> deus uisus inhibuit insidias laban iubens ei ne loqueretur prava iacob: **E**t ipse denuo non aliud orabat q<sup>uod</sup> deū dicens eripe me ex manu fratris mei hesau: quia ipsum timeo: **N**am et cum uxoriibus loquens dicebat non dedit deus laban malefacere mihi propter ea & dauid non aliud q<sup>uod</sup> deum ipsum orabat: ut liberaretur: **A**d te domine dum tribularer clamaui et tu exaudiisti me: domine libera animā meā a labiis iniquis & lingua dolosa: huic & gratiam attribuens uerba cantus loquebatur in decimo septimo psalmo in quo die liberauit eum dominus ex manibus omnium inimicorum eius et ex manu saul ait **D**iligam te dōine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et profugium meum & liberator meus: paulus etiam persecutiōes multas passus non alii q<sup>uod</sup> deo gratias agebat: dicens: sed ex omnibus eripuit. me dominus et eripiet in quem speravi nec aliud q<sup>uod</sup> deus benedixit abraam isaac et iacob: **E**t isa ac orans pro iacob dicebat deus meus benedicat tibi: & augeat te: et eris in cōgregatione gentium: & det tibi benedictionem patris mei: nec ali⁹ quispiā fuit: qui iacob liberaret q<sup>uod</sup> ipse dñs: ipm uero qui liberat patriarcha nepotib<sup>us</sup> iplorabat: Planus est quia non aliū deo in ofone cōnexuit q<sup>uod</sup> uerb<sup>us</sup> eiē quē iccirco uocauit et angelū q<sup>uod</sup> solus hic ē qui patrē reuellat quod et apostol<sup>us</sup> faciebat dicēs g<sup>ra</sup> uobis & pax adeo patre nostro & dño ielu christo: **S**ic. n. et stabilis erat . benedictio q<sup>uod</sup> idivisibilis ē a p̄e fili⁹: & q<sup>uod</sup> ūa eadē q<sup>uod</sup> g<sup>ra</sup> ē que dat: **N**ā et si p̄ dederit p̄ liliū ē quod dat: et si fili⁹ largiri dixerit p̄ ē q<sup>uod</sup> p̄ filiū et i filio p̄bet: **A**póstol⁹. n. scribens corinthiis gratias inquit ago deo meo iugiter pro uobis in gratia dei que data est uobis in christo ielu : hoc autem & in luce: et in splendore uideres :

Nam quod lux illuminat hoc & splendor illustrat. quod autem illustrat splendor eius est ex luce luciditas sic & uidente filio uidet & pater patris enim est splendor. Et ita pater & filius unum sunt: hoc autem de rebus creatis & creaturis nemo dicet: Neque enim cum operatur pater operatur ea quispiam angelus uel alia que uis creatura Nihil enim horum est operabilis causa: sed ex his qui facti sunt ipsi: quin etiam ab eo qui solus seperati sunt ac distat qui & aliud naturaliter sunt & opera sunt ipsi: nec que deus operatur operari possunt: Nam & se ipsos facer uiderentur: nec ut ante dixi largiente deo collargiuntur: nec uidente angelo patre aliquis uidere diceret: Angeli enim ut scriptum est. spiritus ministrabiles sunt. q ad ministerium mittuntur: Et que ab eo per uerbum dona tribuuntur accipientibus annuntiant: & angelus ipse cum uidetur se a domino missum esse facetur: Sicut ad zachariam gabriel & idem ad genetricem dei mariam confessus est. & qui uidet angelorum uisionem scit se angelum uidere non deum: Vedit enim zacharias angelum uidit & helsias dominum. Vedit & manoe pater samponis angelum. Vedit & moyses deum: Vedit gedeon angelum: Visus est autem & abrae deus: nec qui deum uidebat angelum uidebat: nec qui angelum uidebat deum se uidere existimabat: Nam que creata sunt multum illa quidem: sed omnino potius natura distant adeo qui creauit ea sed qui angelum uidit aliquando dei uocem audit sicut in rubo factum est uisus est enim angelus domini in flamma ignis ex rubro & uocauit dominus moysen ex rubo dicens ego sum deus pater tui deus abrae & deus isaac: & deus iacob: sed non fuit angelus deus abraam: in angelo autem deus erat qui loquebatur & qui uidebatur angelus erat: deus autem in ipso loquatur: Ut enim in columba nubis loquebatur in tabernaculo moysi: ita & in angelis loqui uideretur deus. Sic & filio naue per angelum loquitur & non per alium: uerbum a uitem cum nec a patre seperatum sit: nec a patris substantia dissimilis & alienus quecumque operatur: patris sunt opera: & unum faciunt officium: & quecumque tribuit filius tributio patris est: & qui filium uidit scit quia hunc uidit: & non angelum: nec angelis quempiam maiorem: nec omnino creaturis: sed patrem ipsum uidit. & qui uerbum audit scit: quia patrem audit: sicut & qui splendore illustratur scit quia sole illuminatur: Nam diuina scriptura cum nos ita intelligere uellet eiusmodi exempla proposuit sicut & insuperioribus dictum est: Ex quibus & proditores indeos increpare possumus & gentilium abiectionem soluere qui dicunt & putant nos quoque propter trinitatem deos multos dicere: Neque enim ut etiam similitudo demonstrat tria principia uel tres partes introducimus sicut marcioniai & manichei: nam triplicis solis similitudinem proposuimus sed solem & splendorem & ex sole lunam in splendore lucem: sic & unum principium nouimus & officium dicimus: nec alio quodammodo quam solius dei diuinitatem habere quia ex primo genitus est. Sed potius insanentes ariani iure multiplicatis deorum & sacrilegii accusari possent: quod extrinsecus creaturam filium & spiritum item ex nihilo inepte dicunt: Aut uerbum non esse deum dicere fatebuntur si deum esse dicent: quia ita scriptum est: sed non substantię patris proprium multos deos propter diuersas eorum species introducent: nisi forte dicere audebunt ipsum quoque sicut & omnia per participationem appellare deum unum ex operibus uerbum esse dicentes: hoc autem nec incogitationem quidem nostram ueniat unquam una enim diuinitatis species que est & in uerbo & unus deus pater: qui est in se ipso quia super omnia est atque in filio appetet quia per omnia permanet. & in spiritu quia per uerbum in ipso operatur: Sic & unum per trinitatem confitemur esse deum & multo magis pie dicimus quod multiformis: multiq;

patrie hereticorum ditas quia una in divinitate trinitate sentimus: Nam si ita non est sed ex nihilo est factura & creature uerbum: aut non est deus uerus: enim ex creaturis unus: aut si deum ipsum scripturas ueriti nominant necesse est duos deos dicant: unum creatorem alterum uero creatum & duobus dominus seruire uni in genito alteri genito & creato & duplē fidem habere: unam in uerum deum alteram in factum ac formatum ab eo nominatum quod deum: Necesse est etiam ipsos ita cœcucuentes cum ingenitum adorant post ponere genitum cum creaturam adeūt deserere creatorem: Neque enim hunc in illo uidere licet quia naturæ et operatioes alienæ sunt ac differentes: sed cum ita sentiant omnino plures quoque deos connectunt: hic enim eorum conatus est qui ab uno descendunt: Quid non igitur insatiantes ariani se ipsum cum hec concincentur: & cogitent cum gentilibus annumerari. Nam & illi creature seruiunt ut isti omisso deo qui concta creauit sed gentilium nomen fugiunt ut simplices decipient: & eandem cum illis sententiam dissimulat. Nam & scitum illud quod dicere consueuerunt duo ingenita non dicimus: ad dcipiendos rudes dicere uidentur. Cum enim inquiunt: duo ingenita non dicimus duos dicunt deos esse et eos differentes habere naturas hunc genitum illum ingenitum. Quid si gentiles unigenito & multis genitis seruiunt: hi uero unigenito & unigenito nec ita quidem agentilibus differeunt: Nam et qui unus apud eos genitus dicitur ex multis est et e conuerso qui multi apud gracos sunt: eandem habent cum uno naturam: Et iste uidelicet & illi creature sunt: Misericordia pulsus misericordia cum damnatum passi sunt que contra christum sentiunt: Exciderunt enim a ueritate & iudaeorum prodictionem superarunt dum christum negant. & cum gentilibus uolutantur impi dum diuersis diis creaturis seruiunt: Vnus enim est & non multi: Solum enim hoc formam patris habet qui cum ipse sit salvator iudeos increbat dicens: qui me misit pater ille testimonium peribuit de me: nec uocem eius unquam audiui nisi nec formam eius uidi: et uerbum non est in uobis manens quia quem misit ille huic uos non creditis: uerbum forme recte connexuit ut ostenderet quod dei uerbum ipse & imago et character et forma est patris sui & qui loquentem non accepere iudei non acceperunt uerbum quod est forma dei. idem et patriarcha iacob cum uidisset benedictus fuit & pro iacob israel ab eo nuncupatus: quemadmodum diuina scriptura testatur dicens ex ortus est. aure ipsi sol quando preteriit forma dei hic autem erat qui dicebat qui me uidet: uidet et patrem: & item ego in patrem et pater in me et ego et pater unus sumus: Sic enim unus est deus & una fides in patrem & filium: Et enim cum uerbum sit dei: dominus item deus noster dominus est: unus enim proprius & indiuisibilis est filius: secundum proprietatem: unitatemque substantiae: Sed nec ita quid conuersi ariani non est inquiunt ut uos dicitis: sed ut nos uolumus: Nam cum sententias nostras priores euerteritis recentiora super inuenimus & dicimus: Sic est filius & pater unus: & sic est pater in filio et filius in patre sicut et nos in ipso facti sumus: hoc enim scriptum est in euangelio secundum ioannem: quod pro nobis dominus orabat dices pro sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sit unus sicut nos unus: Et paulopost. Non pro his autem rogo solum sed etiam pro ipsis qui per uerbum eorum credunt in me ut omnes sint sicut tu pater in me & ego in te ut et ipsi in nobis unus sint ut et mundus credat: quod tu me misisti & gloriam quam dedisti mihi dedisti eis ut unum sint sicut et nos unus: ego in eis & tu in me ut sit perfecti in unum ut cognoscat mundus: quia tu me misisti: Deinde tanquam occasio nem inuenient: hec miseri colligunt: si ut nos in patre facti sumus unus ita et ipse pater unus est: et ita unum in patre est et ipse quomodo uos ex eo quod ipse dicit ego et pater unus sumus et ego in patre et pater in me: proprium eum dicitis et patris substantiae similem: Necesse est.

enim aut & nos substantie patris proprios esse aut & illum alienum sicut & nos  
alieni sumus: hec quid illi delyrantes mitigatur. Ego uero nihil aliud eiusmodi  
eorum amentia iudeo nisi irrationabilem audaciam & diabolica insaniam q cum  
diabolo dicunt. & ipsi in celum ascendemus: similes erimus altissimo **Nam** que  
per gratiam dantur hominibus hec dantis equari uolunt diuinitati: Cum igitur  
audiant homines appellari filios putarunt & se uero naturali deo egales esse:  
& nunc item cum a saluatore audiant. ut sint unum sicut. & nos se ipso seducunt  
& impudentes existimant ita se fore sicut & filius in patre & pater in filio non ui  
dentes patris sui diaboli ruinam huiusmodi cogitatione factam esse igitur si ut se  
pe diximus idem nobis est dei uerbum & nulla re differt anobis nisi solo tempore  
sit similis nobis & dignitatem apud patrem habeat: quam & nos habemus: nec u  
nigenitus nec solum uerbum uel sapientia dicatur: sed idem nomen sit nobis om  
nibus commune ut pote similibus iustum est enim quorum una est natura **hos**  
& nomen esse commune etiam si temporibus inter se differant: homo enim adam  
homo & paulus: & qui nunc nascitur: nec tempus naturam generis mutat. **Quod**  
si & uerbum anobis tempore solum differt: oportuit & nos esse uelut ille s; nec  
nos uerbum uel sapientia nec ille creatura est uel factura: **Cum** enim per unum  
omnes facti sumus & solus ipse uerbum est. **At** hec tametsi illis audiri conueniat:  
nobis tamen turpe est illorum cogitare blasphemias: **Et** licet in his dictis pro tam  
manifesta piaq; sententia & pro fide in nobis recta nihil quicq; magnopere elabo  
randum sit: uerum tamen ut & hinc ostendantur impii age ut a patribus nostris  
aceperimus succincte ex eo quod scriptum est peruersam illorum opinionem ar  
guamus: **Mos** est sacre scripture res que secundum naturam sunt hominibus si  
militudines & exempla subiecta: hoc autem facit ut ex naturali similitudine uo  
luntarii hominum motus apparent. **Et** ita mos eorum uel prauus ostendatur  
uel rectus **Et** de prauis quidem ut cum admonet nolite fieri sicut equus & mulus  
quibus non est intellectus uel cum eos uituperat: qui tales facti sunt homo cum  
in honore esset non intellexit cooperator est iumentis insipientibus & similis fa  
ctus est ei: & rursus eq; insipientes facti sunt & saluator herodem ostendens: qualis  
esset dicite inquit uulpi huic **Apostolis** autem dicebat ecce mitto uos sicut oves i  
medio luporum. **E**stote igitur prudentes ut serpentes. & simplices ut columbe  
**D**icebat autem hoc non ut natura serpentes & columbe efficiamur **N**eque enim nos  
ipse tales fecit neque hoc propterea natura nouit sed ut impetus illos pecudum fu  
giamus & ut cognoscentes non decipiamus a serpente caliditatem eius & colum  
be mansuetudinem recipiamus **A**t contra de diuinis similitudines cum caperet  
saluator hominibus dicebat. **E**stote misericordes sicut pater uester celestis per  
fetus est: dicebat autem & non ut efficiamur sicuti pater fieri enim unus sicut pa  
ter repugnat cum creature simus & ex nihilo inesse produci: **S**ed quemadmodum  
adinoebat nolite fieri sicut equus non q; iumenta efficiamur sed ne pecudum  
illarum ritus imitemur ita non ut efficiamur sicuti deus dicebat estote sicut pa  
ter: sed ut beneficia illius respicientes que facimus bona non propter homines  
sed propter ipsum faciamus ut ab eo non ab hominibus premium recipiamus:  
sicut enim unus natura sit filius & uerus & unigenitus efficiamur: & nos filii non  
ut ille natura & res sed cum homines terrei simus per gratiam uocantis appella  
mus dii non ut uerus deus uel ipsius uerbum sed ut uoluit qui hoc donauit deo  
sic & misericordes efficiamur sicut deus non ut equeamur deo: neque ut natura ueri  
benefactores simus: **N**on enim instrumentum nostrum est benefacere sed dei quod in  
nos per gratiam factum est. sed ut ab eo deo hec etiam nos in alios sine discrimine co  
feram: sipli citer in oes benefici explicates: sic n. solu possum quodammodo iitatores  
ipi esse & non aliter: namque ab eo sunt nobis uicissim ministratae **S**ed ut hec recte ac be

intelligimus: sic et lectio secundum iohannem sensum habet eundem: Non enim sic  
est filius in patre sic et nos esse dicit: quomodo enim? **C**um uerbum et sapientia deum sit: nos  
autem ex terra compositi: **E**t hic quidem natura & substantia uerbum deus uerus  
est: Sic enim & iohannes ait. **S**cimus quia filius dei uenit & dedit nobis sensum ut  
cognoscamus uerum deum: & sumus in uero filio eius iesu christo: hic est uerus  
deus & uita aeterna: **N**os autem adoptione & gratia facti sumus filii per spiritum  
principes spiritus eius? **Q**uotquot. n. iqt eum fecerunt dedit eis potestate fieri q.  
credunt in nomine eius quapropter et ipse ueritas est: qui dicit ego sum ueritas cu  
etiam loqueretur cum patre dicebat laudifica eos in ueritate tua uerbum tuum  
ueritas est nos uero per imitationem boni efficiunt & mali: **D**icebat ergo ut sine  
unum sicut nos non ut essemus uelut ipse: sed quemadmodum ille qui uerbum est  
in proprio patre ita & nos formam quandam accipientes & ad illum spectantes unum  
inter nos simus unanimitate ac spiritu uitate nec dissidentiam ut corinthi 13 id est  
m<sup>isericordia</sup> ut in actibus quinq<sup>ue</sup> milia quaque unum erant. **Q**ui et ad modum. n. filii non ut filius  
& dei non ut ipse & misericordes sicut pater: non ut pater: sed ut dictum est pa  
ri ratione unum facti sicut pater & filius non ita erimus ut est natura pater in fi  
lio & filius in patre sed sic natura possimus & nobis conceditur exinde formari  
ac percipere qualiter unum esse debemus sicut & misereri didicimus: Paria enim  
cum paribus naturaliter inuuntur. **N**am et omnis caro generatio copulatur. Et  
igitur uerbum nostri dissimile patris autem simile in circa ille natura est ac re unum  
cum patre: **N**os autem cum internos unigeniti sumus nam ex uno rati sumus om  
nes & una oiuum est natura hominum unum ad inuicem dispositione sumus cu  
exemplar habeamus naturalem filii cum patre unitatem sicut enim mansuetudi  
nem a se ipso docuit dicens discite a me quia misericordia sum & humilis corde non ut a  
dequemur ei: **N**am fieri non potest sed illum spectantes miseri iugiter maneam  
Ita & hic cum nos cum nos inuicem uellet dispositionem ueram firmam indiso  
lubilem habere: de se capit exemplum et ait ut sint unum sicut & nos: inuidibilis  
est. autem in nobis unitas ut et ipsi cum inuidibilem a nobis naturam didice  
rint hoc inter se pacto concordiam seruent: **S**ed ut dictum est imitatio ex his quae  
secundum naturam: sunt hominibus capitur stabilior: **N**am quia hec manet nec  
unq<sup>ue</sup> mutantur: hominum autem uita mutabilis est: potius qui ad immutabilitatem  
nature spectat prava fugere & in melioribus se ipsum reformare: **N**am & hoc mo  
do dictum illud ut et ipsi in nobis unum sint rectam denuo sententiam habet:  
**Q**uod si fieri posset dixisset. nos esse ut filius in patre: nunc autem hoc non dixit:  
sed cum diceret in nobis differentiam ac diversitatem ostendit: quia ipse solus in  
solo patre est: ut uerbum solum & sapientia: nos autem in filio & per filium in pa  
tre: hoc uero cum diceret nihil aliud significabat nisi unitate nostra sint: & ipsi in  
ter se unum: sicut nos natura & re sumus unum alioquin unum non fieret nisi in  
nobis unitatem addiscerent. **Q**uod autem illud uidelicet in nobis hanc significationem  
habeat paulum audire licet dicente: hec autem transfigurauit in me ipsum & a  
pollo ut in nobis adiscatis non super ea que scripta sunt inflari Ergo hoc. s. in no  
bis non est esse in patre sicut est filius in ipso sed exemplum & similitudo quasi di  
cat nobis addiscant. **V**t enim paulus corinthi: sic filii & patris unitas omnibus  
exemplar est atque doctrina per quam discere possunt. in naturalem patris & filii  
unitatem spectantes qualiter et ipsi inter se unanimes esse debeant. **Q**uod si et aliter  
de hoc dicto responderi oportet illud quod dicit in nobis pnde esse potest: ac si di  
ceret potestate patris ac filii ut unum sint unum asserentes hoc enim absque deo si  
eri non potest: **E**t hoc item in sacris eloquiis iueneri licet ut illud in deo fortitudi  
nem faciemus et in deo murum transcedemus et iter inimicos nostros discipabimus:  
**E**rgo planum est. quia in nomine patris et filii possimus unum facti firmum carita

tis vinculum habere: Rursus eandem sententia explicemus: dominus ait: & ego gloriā quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut & nos unū Rechte & hic nō dixit ut sint in te uelut & ego sum sed sicut nos inquit qui dicit sicut non identitatem ostendit sed similitudinem & exēplum rei de qua dicitur: Verbum igit̄ per essentiam & uere habet nature cum patre identitatem: Nobis uero si quidem ut dictum est imittari licet Nam & continuo subiunxit ego in ipsis & tu in me: ut sint perfecti i unum: hic ergo pro nobis dominus maius aliquid perit ac plenius Manifestum est enim quia in nobis factum est uerbum: nam corpus nostrum induit: Et tu in me pater: tuum enim suum uerbum: & quando quidem tu in me quia tuum uerbum suum: ego in illis propter corpus hominum salus propter te perfecta est in me peto ut & ipsi unum sint secundum corpus quodlibet me est: & secundum eandem perfectionem ut & ipsi perfecti sint ad hoc unitatem habentes & unum ad id facti: ut hoc modo apud me omnes unum corpus sint & unus spiritus omnes & in uirum perfectum descendant. Omnes enim ex eodem accepimus & unum corpus efficiunt unum in nobis dominum habentes hanc sententiam cum dictum illud habeat magis redarguitur impugnatorum christi dissidens opinio Nam denuo recoligens dico si simpliciter & absolute dixisset ut sint in te unū ut ipsi & ego in te unum simus occasionem habuissent tametsi audacē impugnatores dei Nunc uero simpliciter dixit: sed quemadmodum tu pater in me & ego in te ut omnes sint unum. Et item cum dicit quemadmodum procul ostendit eos esse qui sunt sicut ipse est in patre procul autem non loco sed natura Nihil enim loco procul est adeo sed sola natura longe ab eo est: & ut modo dixi non identitatem nec equalitatem ostendit qui sicut aduerbiū dicit sed exemplū eius de quo dicitur quod secundum aliquid consideratur: & hoc item discere licet ex salvatore qui dicit sicut enim ionas fuit in uentre ceti tres dies & tres noctes ita erit & filius hominis in corde terrae: Nec uero ionas erat ut salvator neque ionas ad inferos descendit nec cetus erat infernus: nec absorptus ionas absorptos a ceto redixit: sed ex uillo ceto solus exiuit: In hac igit̄ dictione sicut nulla idēitas nulla equalitas significatur sed aliud & aliud similitudinem uero ionis per triduum ostendit: Sic ergo & nos cum dicat dominus sicut nec ut filius sumus in patre nec ut pater est in filio: nos enim sicut pater & filius ita unum sumus sensu & spiritu concordia. & salvator sic ionas in terra fuit: & quemadmodum nec ionas salvator est. nec ut ille absortus est. ita & dominus descendit ad inferos: sed aliud & aliud est. Pari modo & nos si unum erimus sicut filii in patre non erimus ut filii nec egales ei: Aliud enim & aliud sumus iecirco enim nobis adiacet sicut: Nam que secundum naturam non sunt cum ad aliud aliquid spectent possunt si cut illa: Quare filius simpliciter ipse & sine complexione aliqua erit in patre: hoc enim ipsi naturale est. Nos uero qui non habemus per naturam esse similitudine & exemplo indigemus ut de nobis dicat sicut tu in me & ego in te Cum autem inquit hoc modo isti perfecti fuerint tunc cognoscet: & mundus quod tu misisti. Nam si non uenisse: & corpus hoc gestasse nemo ipsorum perfectus fuisset: sed corruptibiles uniuersi mansissent Perage igit̄ in his pater & quemadmodum hoc mihi gestare dedisti da & ipsis spiritum tuum ut & ipsi in hoc unū sint: & in me perficiantur: hogz .n. perfectio uerbi tui aduentū fuisse demonstrat: Et mūdus perfectos hos uidens atque precipuos crederet oīo quod tu me misisti & ueni his. n. unde perfectio nisi ego uerbo tuū corpus ecce assumens hō factus es & pfectissimum opus quod mihi pater dederas pfectū est aut opus quod mihi pater dederas Perfectum est autem opus quia redi mīti a peccato homines non iam mortui manent. sed deis cari unum in nobis sunt cum inter se uideant caritatis vinculum. Nos igit̄ ipsa dīci uerba quod similius pfectari potuerūt multis disse uimus At beatus iohannes

in epistola paucis & plene magis scripture sensum ostendet ac redarguet impiorum sententiam docebit quomodo & nos in deo sumus & deus in nobis: & quomodo item nos in ipso sumus unum: & quoniam a nobis filius natura distat: & ideo arianos reprimet: ne posthac existiment le sore ut filius: ne & ipsi audiant **Tu** uero es homo & non deus & noli cum pauper sis diuini comparari: **Scribit** igitur iohannes ita dicens in hoc cognoscimus. **q** in ipso manemus: **E**t ipse in nobis quia de spiritu suo dedit nobis: Ergo propter datam nobis gratiam spiritus nos quod in ipso sumus. & ipse in nobis: **E**t quoniam spiritus dei est propterea cum hic sit in nobis quoniam habenter: ut nos spiritum existimatur in deo esse et ita deus est in nobis: non ergo ut est in patre filius **N**am non est filius princeps spiritus ut propterea sit et in patre: nec accipit spiritum sed potius largitur ipse omnibus nec spiritus uerbum patris connectit: sed hoc potius auerbo spiritus accipit: **E**filius quidem in patre est ut uerbum proprium: & splendor ipsius **N**os uero absque spiritu alieni fac longe sumus adeo: spiritus autem participatione diuinitati connectimur: itaque nos esse in patre non nostrum est. sed spiritus qui in nobis est. et in nobis manet. quo ad ipsum in nobis confessione seruamus. **C**um iohannes item dicat quicunque confessus fuerit quod iesus est filius dei in ipso manet. et ipse in deo: quae similitudo quae uero aequalitas est nostri cum filio: uel quomodo non undique redarguntur arianos: & in primis a iohanne. **q** aliter est filius in patre aliter nos in ipso sumus: nec nos ut ille erimus: unde nec uerbum ut nos est nisi forte ausi fuerint inter omnia nunc etiam dicere. **q** filius participatione spiritus & profectu operationis factus est et ipse in patre: **S**ed hoc item cogitare tantummodo plusquam ualde impium fuerit: ipse enim ut dictum est: spiritum dat. & quod quot spiritum habent auerbo habent. ergo saluator cum de nobis dicit sicut tu pater in me: & ego in te ut ipsi nobis unum sint: non qui ipso nos identitatem habere uelit significat. **N**am & hoc iohannae demonstratum est exemplo: sed postulatio est a patre ut iohannes scripsit ut per se spiritum credentibus donet per quem: et in deo esse uideamur & per hunc in ipso coniungi. **N**am quod uerbum in patre spiritus autem ex uerbo datur uult nos spiritum accipere ut quod illum ceperimus tunc spiritum habentes cum uerbum sit in patre uideamur et uol propter spiritum unum in uerbo esse et per ipsum in patre: iam uero quod ait ut nos si hoc dixerit nihil item aliud est nisi ut quae talis erat spiritus in discipulos gratia firma & immutabilis fieret. **C**um enim ut ante dixi in patre esse uerbo sit per naturam hoc & nobis uult per spiritum immutabiliter dari. **Q**d apostolus cognoscens dicebat: quis nos separabit a caritate christi immutabilia enim sunt dona christi et gratia uocationis spiritus enim est qui in deo est et non nos per nosmet ipsos et sicut erimus filii & dii propter uerbum quod in nobis est ita et in filio et in patre erimus & unum esse censemur quia spiritus in nobis qui in uerbo quod in patre est. **C**um igitur pre malitia aliquis a spiritu excidit: gratia his qui nolunt immutabilis manet etiam si cadens aliquis sententiam imitauerit nec uero ille iam indeo est quod cecidit quia spiritus sanctus pacletus qui in deo est & ab eo discessit sed in illo erit quod se ipsum & peccat sumiserit: **S**ic d'aul factum est discessit. non ab eo spiritus dei et uexabat eum spiritus malus: hec audientes ipugnatores dei statim conuerti oportebat: nec deinde se ipsum deo & equales singere sed non intelligunt: ipsius. non non intelligit iquit cognitione tunc pia uerba sustinet: modesta. non sunt eis et cum dicunt Ecce. non quomodo in scriptis suis non deficientes sed ueluti pharao duriores effecti: cum in euangelio humana salvatoris deus spectet: & audiatur: postremo iuxta samotrum paternam diuinitatis filii obliiti sunt. & peculantiam lingua insolentes dicunt quomodo potest: ex patre filius esse natura & ipsi per substantiam similis? **Q**ui dicat Data est mihi potestas et pater neminem iudicabat: sed iudicium omne dedit filio & pater diligit filium et omnia dedit in manu eius: & qui credit in filium habet uitam aeternam.

**E**t rursus omnia nihil tradita sūt. a patre meo & nemo cognoscit patrem nisi filius et cui uoluerit filius reuellare. **E**t item omne quod dedit mihi pater ad me ueni et: **D**einde concludunt: si es ut dicitis per naturam filius nō idiguisser his ut potest filius uel quomodo potest uirtus patris esse naturalis et uera qui intempō passionis dicit: nunc anima mea turbata est: et quid dicam pater salua me ex hora ista sed propter hoc ueni i horam istam pater glorifica filium: uenit igitur nox dē celo & glorificaui & iterum glorificabo: **S**imile item dicebat pater si possibile est transeat calix iste. & hēc cum diceret iesus turbatus ē spiritu & testificatus est & dixit amen amē dico uobis unus ex uobis tradet me. **E**t sup hoc dicunt malefani si uirtus eslet non timeret: sed potius uirtutem alii preberet. **D**icunt preterea si natura esset sapientia partis uera & propria: quomodo scriptum eslet. Iesus autē profitiebat sapientia & etate & gratia apud deum & homines ueniens in partes tēsarii philippi interrogabat ex discipulis quem dicerent se homines: In bethaniā uero cum uenisset interrogat. ubi lazarus iaceat. **D**icebat & hēc discipulis quot panes habetis: **Q**uomodo igitur inquiunt sapientia hic qui in sapientia perficit & ignorat que ab aliis discere querit: **S**ed & hoc ab ipsis dicitur: **Q**uomodo potest uerbum proprium patris esse: sine quo nec pater eslet per quem omnia fecit ut nos sentitis qui dicat in cruce: **D**eus meus deus meus ut quid me dereliquisti: & ante hēc oret glorifica nomen tuum & glorifica me pater gloria quam habui anteq mundus esset apud te indesertis orabat & discipulos orare admonebat ne in intrarent in temptationem & spiritus aiebat primitus est: caro aut infirma. **E**t de die & hora nemo nouit: neq; angeli neq; filius deinde super hēc rursus inquieti miseri si presentia uestra sempiterne cum deo esset non ignoraret de die sed cognosceret ut pote uerbum: non destitueretur: ut qui unitus esset nec gloriam uidelicet accipere quam haberet in patre necq; prorsus oraret quis nullus indigeret quippe qui uerbum esset: sed quia creatura est & ex his unus: que facta sunt iccirco hēc dciebat: & orabat que non habebat. **C**reaturarum enim est proprium indigere & orare q̄ non habent hēc quidem impi loquentes depremūt Sed ipsos quando talia cogitant audacius quoq; dicere oportuit: **Q**uid prorsus uerbum caro factum est: & item quomodo deus homo fieri potuit: uel quomo incorpor gestare corpus: uel & iudaice magis secundū caiphā quid tandem chris̄tus homo se ipsum deum facit: hēc enī & his similia intuentes iudei murmurabant que nunc legentes ariani mente capti infideles sunt: & in blasphemias protrumpunt: **S**i quis igitur horum iniucem & illorum uerba comparet in eandem utrosq; perfidiam descendere & ipsorum parem impietatis audaciam communē q; aduersus uos pugnā esse omnino repiet: iudei namq; dicebant: quomodo cū sit homo potest deus esse: **A**riani uero si deus uerus esset ex deo quomodo fieri poterat homo: & iudei scandalizabantur & irridebat dicentes iste si filius dei esfer crucem non sustinet: **A**riani palam ab eis stantes dicunt nobis quomodo uerbum dicere audetis substantię patris proprium esse cum corpus eiusmodi habeat: ut pati possit: **A**d hēc iudei querebant occidere dominum quia deum dicebat patrem suum esse & se illi equalē faciebat dum opera faceret que pater facit: ariani didicerunt: & ipsi dicere: nec equalis est deo: nec deus proprius & naturalis est uerbi pater: sed qui talia sentiunt eos occiderunt querunt. Postremo iudei dicebant non ne hic est filius ioseph: cuius nos patrem nouimus & matrem! **Q**uomo igitur dicit anteq abraam fieret ego sū & de celo! **P**ari modo ariani subsequuntur & ipsi dicentes: **Q**uomo potest uerbum esse uel deus? qui dormiebat ut homo & slebat & interrogabat utriq; exhumanis: que salvator porpter carnē patiebat q̄ habebat uerbi sempiternitatem diuinitatemq; negant: **C**um hēc igit iudaica sit iniquitas: & iudaica exproditore iuda uel se palam caiphē & heredis

discipulos esse fateantur nec iudaismum subchristiano nomine occultent negent  
q; tandem sicut:& antediximus saluatoris in carne presentiam (hic enim heresis  
eorū proprius sensus est) uel si iudaica ex aperto sentire ac circuncidi uerentur  
ut constantino placeant & his quos deceperunt: nolint ea dicere quæ sunt iudæ  
orum equum est enim ut quorum nomina recusat: eorū etiam sensū abhorreat  
**C**hristiani sumus: o ariani christiani inq; sumus nos. **E**t nostrum est propriū re-  
te saluatoris euangelium intelligere: nec eum si de ipsius diuinitate ac sempiterni  
tate audiuerimus cum iudeis lapidare nec uobiscum super his scandalizari quæ  
pro nobis ille humilibus ut homo uerbis loquebatur: **Q**uod si uultis fieri & uos  
christiani infaniam arii deponite: aures q; uestras maledicis uerbis polutas pietat-  
is sermonibus expiate non ignorantes: quia si ariani esse desieritis: a praua simul  
iudeorū opinione desistetis: **S**tatisq; uobis tq; e tenebris ueritas lucebit: **N**ec uo-  
bis posthac improperate quasi duo sempiterna dicamus: sedet uos agnoscite q;  
uerus & naturalis dei filius est dominus nec simpliciter sempiternus cognoscit  
sempiternitatis patris imitus: **N**am sunt quæ sempiterna dicuntur quorum ipse  
ut pote opifex dominus est. in psalmis enim scriptum est: Attolite portas principes  
uestras & eleuamini portæ eternales Planum est enim quia per ipsum: & hec  
facta sunt: **Q**d si sempiternorum etiam opifex est: ipse quis uestrum adhuc du-  
bitare potest quin & his sempiternis superior sit: **E**t dominus non tantum ex sim-  
plici eternitate cognoscitur quantum quia filius dei est: filius enim cum sit inse-  
perabilis est a patre: nec tempus fuit: quando non erat: sed semper erat: **E**t cum  
imago sit ac splendor patris habet etiā sempiternitatem patris **Q**uomodo coniūc-  
ti sint dicta quæ causabantur per peram intelligere. ex his propemodum p̄cipi pōt  
quæ superius paucis absoluta sunt **Q**d autem et in his quæ denuo causantur in-  
firmam dephen duntur habere sententiam nunc ex euangeliis facile est cognosce-  
re: si nunc etiam metam potissimum cepimus fidei quæ secundū nos est christiāos:  
& hac quasi regula utentes scripture diuinitus afflatę lectionem quēadmodū apo-  
stolus ait aduenterimus: hanc enim ignorantē christi impugnatores a via ueri-  
tatis aberrarunt & offenderunt in lapidem offēsoris aliter q; sentire debuerant:  
**M**eta igitur hec signumq; scripture: duplex in ea est ut sepediximus de saluatorē  
annūciatio: q; filius & semper deus erat et est: **C**um sit uerbum & splendor & sa-  
pientia patris: & postea carnem propter nos assumens ex uirgine dei genetrice ma-  
ria factus est homo & hoc significari p; omnē scripturā inuenire licet spū sancto re-  
fertā sicut et ipse dñs ait: **S**criptamini scripturas quoniā hē sunt quæ testificant  
de me: **E**t ne oia colligens dicta prolixus in dicendo sim satis est enim nūc pro oī  
bus cōmemorare hinc ioannē qui dicit in principio erat uerbum et uerbum erat ap-  
dēū: & deus erat uerbum hoc erat imprincipio apud dēū: omnia p; ipm facta sunt:  
& sine ipso ractū est nihil deinde & uerbum caro factū est & habitauit in nobis: inde  
paulū scribente qui eū informa dei eslet non rapinā arbitratus est æqualē deo: s; z  
se ipsum exinanuit formā serui accipiens in similitudine hominū factus: & habitu in-  
uentus ut hō humillauit se ipsum obediens factus usq; ad mortē mortē at crucis  
**A**b his. n. si quis omnē scripturā eadē mente p̄currerit uidebit quomō hoc pater  
imprincipio dixit fiat lux fiat firmatētū: & faciam⁹ hominē in consumatiōe uero  
tempore ipsū misit in mundū non ut iudicerit mundū: sed ut mundus p; ipm saluetur:  
et scriptū est: **E**cce uirgo concipiet: et pariet filiu: et ut cabūt eius nomē emanuel  
qd est interpratū nobiscū deus: igitur qui diuinę scripture cōgreditur: ab antiquis  
dicta p̄cipiat ab euāgeliis at cōtēpletur dominū qui est factus hō **V**erbum iquit  
caro factū est et habitauit in nobis hō at factus est et non i hominē uenit: **N**ā et  
hoc scire necessariū est ne impī si quādo et in hoc ceciderūt aliquos decipiāt: et  
arbitrentur illi quia sicut prīcis temporibus in uno quoq; latog; erat et ita nūc  
k

venit in nomine uerbum ut sanctificaret: & hunc & in eo sicut in aliis inuenire  
tur Nam si ita esset ut in homine solum apparuisset: nihil preter opinionem iuis-  
set nec qui uidebant perturbati dixisset. **Q**uis ergo est iste & quid tu homo cum  
sis facis te deum: Tenebant enim consuetudinem cum audirent & factum est. uer-  
bum domini ad unum quenq; prophetarum nunc uero quoniam uerbum dei p  
quod facta sunt omnia: filium est hominis fieri sustinuit & humiliauit se ipsum  
formam hominis accipiens: iccirco iudeis crux christi scandalum est: nobis autem  
christus dei uirtus est sapientia. Verbum enim ut ioannes ait caro factum: cum  
scripture consuetudo sit hominem dicere carnem sicut & daniel ait astiagi non co-  
lo idola a manu facta. sed deum uiuentem qui creauit celum & terram & qui ha-  
bet uiuersem carnis dominationem: Carnem enim & hic & iocel hominum genus  
dicunt: Si quidem antiquitus ad unum quenq; sanctorum ueniebat: & sanctifica-  
bat qui uere christum suscipiebant: Nec uero cum illi nacerentur dictum est: qd  
ipse factus est homo: Nec cum paterentur illi dictum est passus est ipse. Cum autem  
ex maria semel uenit homo in consumatione temporum ad euacuationem peccati:  
Sic enim cum sibi placuissest pater missit filium suum natum ex uirgine factum  
sub lege tunc dictum est qd carnem assumens factus est homo & in ea pro nobis  
passus est quemadmodum petrus ait: christus igitur passus est in carne pro nobis  
ut ostendatur idq; credamus omnes qd cum semper deus esset & eos sanctificarebant  
ad quos ueniebat gubernatq; omnia secundum patris uoluntatem: propter nos  
deinde factus est & homo & corporaliter ut ait apostolus habitauit in carne diui-  
nitatis quasi diceret. Cum deus sit proprium corpus habuit. Et hoc utens uellud  
instrumento propter nos factus est homo & ideo que carnis huius propria sunt  
ipsius esse dicuntur qd in ea eiusmodi erant famelcere sitire fatigari pati & similia  
quorum susceptibilis est caro. Que uero ipsius uerbi propria sunt opera ut est  
suscitare mortuos illuminare cecos & fluxu sanguinis laborantem sanare hec ip-  
se per proprium corpus facit & uerbum carnis infirmitates portauit ut suas ipsi-  
us enim caro erat & caro diuinitatis operibus ministrabat quia in ea erat. Deinde  
corpus erat bene autem propheta portauit inquit ipse infirmitas nostras & non  
dixit sanavit. Ne homines item morti relinquenter obnoxios quasi extra corpus es-  
set solumq; sanaret sic ut antea semper fecerat infirmitates uero nostras portat &  
peccata nostra ipse fere ut ostendatur quia & homo propter nos factus est & cum  
eas corpus ferat. quod in ipso est corpus eius proprium est. Et ipse nihil detrimen-  
ti patiebatur cum peccata nostra corpore suo sustineret in ligno quemadmodum  
petrus ait: Nos uero homines a propriis passionibus redempti sumus & uerbi iusti-  
ticia repleti: Vnde cum caro pateretur & uerbum extra eam non erat. iccirco e-  
nim ipsius & passio dicuntur: Et cum ipse patris opera diuine facheret extra ipsum  
caro non erat: Sed hec dominus in ipso corpore faciebat ob id enim cum homo  
esse dicebat: si non facio opera patris mei: mihi non credite si uero facio & mihi  
non creditis: operibus meis credite. si uero facio & mihi non creditis operibus  
meis credite & cognoscite qd in me p & ego in ipso exempli gratia cu opus esset per  
socrum febricitantem erigere manum porrexit ut homo febrem repressit ut de-  
ut in eo qui fuerat a nativitate coecus humanum a carne spiritu emisit: sed diumi-  
nus oculos per spiritum aperuit: At in lazaro uocem humanam emisit ut homo  
sed lazaram diuinitus ammortuis suscitauit ut deus: hec uero ita fiebant & ostendebant  
quia non unum sed uerum corpus habebat. Decebat autem dominum  
qui humanam carnem induebatur totam hanc cum suis passionibus induere ut  
quemadmodum proprium ipsius corpus esse dicimus ita & corporis passiones  
ipsius solum proprie dicantur: licet enim quod ad diuinitatem attinet minime  
attingerint: Itaque si alterius corpus fuisset illius & passiones fuisse dicerentur:

**S**in autem uerbi caro fuit necesse est et carnis passionis ipsius dici cuius est et caro: Cuius autem passiones dicuntur quales sunt cōdemnari flagellari sitire crux mors & alię corporis infirmitates huius beneficiū est et gratia: hac igitur de causa consequenter ac merito non alius: sed domini huiusmodi passiones dicuntur ut ab eo sit et gratia: nec aliis cultores simus: sed dei ueri obseruatorēs: **N**ā nec ex his ullum qui facti sunt: nec comunem quēm pāti hominē sed naturalem uerū q̄ ex deo filium eundem et hominem factum nihilominus dominū ipsum & deū & saluatorem cognomiamus hoc autem quis nō admiretur: quis non rem uerū diuinam esse conlentiat: **M**am si opera diuinitatis uerbi per corpus non fierēt hō deificatus non esset et e conuerso nī si ea q̄ carnis propria sunt uerbi dicerent homo ab his omnino liberatus non esset: sed peccatum atq; corruptio etiam si ut ante dixi parum cessarent: iterum tamen in eo permanissent sicut in prīcis hominibus factum est. Et hoc probari potest quia multi sancti fuerunt et inocētes procul ab omni crimine: Ieremias etiam inuentre matris sanctificatus est. Ioannes cum adhuc gestaretur conceptus exultauit in gaudio ad uocem dei genitri eius marie. Et tamen ab adam usq; ad moysen in eos et qui non peccauerant mors regnauit in similitudine transgressionis adam: **E**t ita homines nihilominus mortales corruptibiles q̄ manebat suarum naturae passionum susceptibiles: nunc uero cū uerbū factum sit homo: et ea sibi uendicauerit q̄ carnis sunt: hec iā non annexa corpori quia uerbū in eo factū est sed ab ipso uerbo consumpta sunt: Itaq; homines iam non pro suis passiōib⁹ peccatores manent ac mortui sed pro uerbi uirtute suscitati immortales semper & incorruptibles permanebunt. **Q**ware cum caro facta sit ex dei genetricē maria factum ipm dicitur cum aliis generationibus esse tamen prebeat ut nostram ipm generationem in se ipsum transferat: nec iam ut q̄ terra tantum simus in terram uertamur sed ut celitus uerbo connexi in celo ab ipso reducamur: **S**ic igitur & alias corporis passiones non absurde in se ipsum trasfūlit: ut iam nō quasi homines: sed ut uerbi peculiares aeterne uite p̄ticipes sim⁹ non enim iā p̄ priori generatione in adā morimur: sed nostra deinceps generatione atq; omni infirmitate carnea in uerbū translata suscitamur a terra: cum male dictio q̄ peccatum fuerat ab eo absoluta sit: **Q**uiam nobis pro nobis maledictio factus est: & recte quidem: **S**icut enī cum simus de terra omnes in adam morimur ita de celo ex aqua et sp̄itu regenerati in christo omnes uiuificabimur: **C**ū caro iam non uelut terrena sit: sed auerbo dei uerbis facta quod propter nos caro factum est: **S**ed ut naturalem uerbi diuinitatem et infirmitates quae propter carnem ipsius esse dicuntur cognoscere possis beatum petrum audire non inutile ē: **G**rauis enim hic de saluat ore testis: **S**cribit uidelicet in epistola dicens christo igitur passo pro nobis carne. Ergo etiā cū famescere dicat & sitire & fatigari & nescire & sedere & flere & petere & fugere & natum esse & recusare caicem & sumat̄ omnia q̄ carnis sunt: in singulis consequenter diceretur p̄ nobis carne ut christo igitur passo & sitiente pro nobis carne ēt omnino ad omnia eiusmodi pro nobis carne: **N**am et apostolus ip̄e iō non dixit christo passo diuinitate sed p̄ nobis carne ut passiones non ipsius uerbi per naturam proprię: sed carnis intelligentia. **N**emo igitur ex huiusmodi scandelicetur humāis: sed potius cognoscat quia uerbum christum per naturam pati non potest et hec de ipso propter carnem quam induit omnino dicūtur quando qđem carnis propria sunt saluatoris aut p̄ priū ē corpus ipsum **E**t ip̄e q̄ uidem sicut est permanet ut natura pati non possit: nec ab his detrimētū patit sed ea potius abolet atq; disoluit: homines autem cū passiones ī eum qui pati non potest transierint ac euanuerint ab his et ip̄i alieni deinceps ac liberi in secula fiunt quemadmodum ioannes docuit dicens et nostis quia ille ap̄paruit ut peccata nostra tolleret et peccatum ī ipso nō est: hoc cū ita sit iſimulabit

hereticus aliquis: **C**ur raro resurgit quę natura mortalis est: **Q**uod si resurgit cur non ite famescit & sitit & patitur mortaliscq; manet? **E**x terra enim est: & qd' suqm ipsius est natura quomodo eam deserit: **A**dhunc hereticum usq; adeo liti giosum caro ipsa tunc respondere posset: **S**um equidem ex terra per naturā mor talis **S**ed postea uerbi caro facta sum: & ipse passiones meas portauit quamquam pati non possit: **E**go autem ab his libera euasi: **Q**uam in his seruire dominus p hibuit qui ab his me liberauit: **Q**uod si accusas quia naturali sum corruptione liberata uide ne in similes quia uerbum dei seruitus meę formam accepit: **S**icut enim dominus corpore induitus homo homo factus est: ita homines nos aue bo deificati sumus per ipsius carnem alsumpti & posthac ē ternę uitę sumus hędes hęc necessario prescrutati sumus ut si ipsum uiderimus diuinitus facere dicere ue aliquid hęc eum quia deus est operari cognoscamus: **S**in autem humane loq uel pati notarimus non ignoremus factum esse hominem qui carnem gestabat & hoc modo ea facit & loquitur: **N**os enim qui suum cuiusq; cogoscimus & utra q; ex uno fieri uideamus & intelligimus: recte credimus: nec unq; errabimus: **S**iqs autem dum uerbi opera uidet facta diuinitus corpus negauerit: aut dum propri a corporis intuetur uerbi in carne presentiam non admiserit: aut ex his quę ho minis sunt humilia de uerbo senseritiis & crucem quasi caupo Iudaicus uinum tum aqua permiscens scandalum esse putabit & predicationem quasi gentilis se ulticiam esse censemus **Q**ualia iam & arianis euenerunt. Impugnatoribus dei: qui cum saluatoris humana uiderent ipsum creaturam esse putarunt. **E**rgo cum & diuina ipsius opera spectarent par erat ut corporis eius generationem abinueret & se posthac manicheis connumerarent: sed discant aliquando illi sero licet. uer bum factum esse carnem **N**os autem qui metam fidei seruamus quę isti male inte ligunt. ea nos rectam sententiam habere cognoscamus **N**am illud pater filium di liga & omnia dedit in manu eius & illud omnia mihi tradita sunt a patre meo & illud non possum facere atque quicq; sed sicut audio iudico: & quęcunq; sūt eius modi dicta: non ostendunt filium hęc aliquando non habuisse: quomodo enim quę pater habet: ipse non sempiterne habuit: qui solus per substantiam uerbum patris est ac sapientia qui dicit omnia quecunq; habet pater mea sunt: & mea pa tris sunt. **N**am si omnia patris filii sunt: semper autem hęc pater habet plenumē quia hic filius habet quę sunt patris qui semper in eo est: hęc igitur dicebat non quia semper non habuisset non habuisset: sed quia sempiterne ut filius habens ea quę habet ex impermutabili similitudine & identitate quam habet deceptus iuxta fabellum impie sentiret: existimans ipsum patrem esse iccirco dixit & data est mihi & accepi & tradita sunt mihi ut id solum ostenderet: quia non est ipse pater sed patris uerbum & sempiternus filius qui propter similitudinem patris sempi terne habet quę ab ipso habet sed quia filius est: ea quę proprię habet ex patre habet **Q**uod autem hęc data est: tradita sunt: primo quidem aliis est ab omni bus quę accepit **D**einde cum ipse filius heresi sit omnium est etiam per substanti am sempiternus patris **Q**uod autē denuo hęc uidelicet data est: & tradita sunt nō ostendunt ipsū aliquādo nō habuisse id ex simili dicio potest et de önib' aīadū ti: **A**t. n. saluator ipse sicut p̄ uitā hēt i se ipo ita & filio dedit uitā hēre i se ipo: **N**ā ex eo quod ait dedit se patrem non esse significat: sed dicendo ita naturalem filii cum patre proprietatem ac similitudinem ostendit: **E**rgo si quādo fuit cum p̄ non habuit fuit: uidelicet cum filius non habuit **N**ā sicut pater ita & filius habet **Q**uod si hoc dicere impium est: illud uero pium asserere potius qr pater semper habet: quomodo non absurdum fuerit cum filius dicat sicut pater habet ita & fi lius habet dicere istos non ita ipsum sed aliter habere: **V**erbum igitur fidelius ē & hęc quę cepisse dicit semper h̄ns habet a patre & pater quidē a nullo sed filius

a patre habet ut. n. de splendore si splendor ipse diceret locum omnem lux mihi dicit illuminare ne illum mo a me ipso: sed quemadmodum lux uoluerit hoc cu dice ret non se ostenderet aliquando no habuisse: sed illud significaret ego sum lucis proprius & quae illius sunt omnia mea sunt ita & de filio magis intelligere licet & enim omnia dedit filio pater: pater item omnia habet in filio: Et cum ea rursus cu filii heat her & p Nā filii diuinitas pris est diuinitas: Itaque reges oīū puidetia pater in filio facit: Huiusmodi igitur dictorū talis est sensus: Quae uero humanitate de saluatore dicuntur: hec quoq; pium sensum habent. nam hec iccirco antea quae siuimus at si ipm interrogare audierimus ubi positus est lazarus: Et cum impar tes cesariz pfeclis interrogat quem me dicunt homines esse: et quot panes habetis: et quid uultis faciam uobis ex his que pdiximus rectam dictorū huiusmodi sententiā cognoscamus: nec iuxta arianos impugnatores dei scandelizemur: pri mū igitur hec ipsis dicēdū ūde primū ignorarū putent. Nō. n. q oīo interrogat igno rans oīo interrogat sed ē cu scies de his que nouit interrogat exēpligratia ioanes christum interrogantem. quot panes habetis non ignorare sed scire intelligebat Ait. n. hoc aut dicbat temptat philippū ipse aut sciebat quid facturus esset: Q d si ea nouerat que faciebat non ergo ignorans: sed sciens interrogat. Ex hoc autem similia intelligere licet: quia cu interrogat dñs ubi lazarus positus sit et quem dicant se homines esse non ignorans interrogat: sed cognoscens cum ipse sciat quid facturus: Et hoc modo calliditas eorum q primū exploditur: Quod si contendere instent quia interrogat: audiant indiuinitate ignoratiā non esse carnis aut ut dic tum est: ignorare propriū esse: Q d aut hoc uerum sit inde quomodo dñs q interrogat: ubi positus est lazarus ipse dixerit non presens: sed absens lazarus mortu us est et ubi mortuus: hic ignorantibus similis ipse est qui discipulorum cogitati ones puidet quidem cuiusq; corde sit quid ue in nomine intelligit: Et quod mai est solus cognoscit patrem et dicit ego in patre & pater in me hoc igitur omnibus planum est carnis esse ignorare: ipm autē uerbū pro ut uerbū est omnia prius & q siāt cognoscere: Neq; n. quia factus est homo definit esse deus Neq; quia deus est humanitatem fugit: absit hoc immo uero cu deus sit carnem assumptū cu in carne esset carnem deificauit: Et. n. sicut in ea interrogabat: ita in eadē mortuū suscitauit & omnibus ostendit qui mortuos suscitat & aīam reuocaret ipm multo magis omnium occulta cognoscere: Et nouerat ubi lazari: positus sed interrogabat quia & hoc faciebat: sanctissimū dei uerbū quod pp nos omnia sustinuit: ut ignorantia quoq; nostrā hoc modo portans cognoscere donaret solū uerum ipi patrem seq; ipm pp nos missum ut homines saluaret quo dono maius nullū esse potest. Quando igitur et ea quae isti causantur dicta saluator enunciat u3. da ta est mihi potestas & glorificata filiū tuū dicitq; petrus data est ei potestas: eo dem omnia sensu intelligamus q humane pp corpus hec omnia dicit quis. n. n indigeat: ipse tñ quasi accepisse dicitur: que accepit humanū Et rursus ut donū stabile permaneat: quasi dñs accepit: & datū in ipo requiescat: Nam si homo solū accipet auferri posset Quod demonstratū est in adam qui cum accepisset amisit: ut uero firmū sit donū & stabile seruet hominib; iccirco datū sibi uēdicat et dicit ut homo potestarem accepisse quā semp hēt ut pote deus & glorifica me qui ali os glorificat ut ostendat se carnē habere: quae his indiget. Quapp cu illa acce perit quia ipa que accepit in eo est & qui ea assumptū homo factus est: ipse quo dā modo accepisse dicitur Quod si ut saepe dixi uerbū hō factū non est. uerbi sit sane ut uultis accipere gloriā: & huius indigere & ignorare: quid dātem quasi acipientem putamus: & largient ē aliis ipsū indigere suspicamur & uerbū a patre diuidimus quasi iperfectū & indignū: humanitatē uero dono priuamus: Nā si uerbū ipm p ut uerbū est: pp se ipm accipit: et illud glorificatū secūdū dimitatē

sanctificatū est ac resurrexit nā q̄ spes hominibus est. Manet & enim sicut erat: nudi & miseri & mortales qui comune nihil habent cum his quę filio data sunt Quid autem uerbum uenit & caro factum est. si ue hec acciperet quę accipisse dicit. q̄ his antea uacuus esset ipsum potius corpori debere fateatur necesse est . q̄t cum in eo fuit ea tunc accepit a patre quę non habebat priusq̄ in carnem uenit Ex hoc enim corpus de ipso potius q̄ ipsum de corpore bene meritum uideretur : Si uero ut genus humanum redimeret uerbum uenit:& uerbum caro factum est ut sanctificaret homines ac deificaret cuius etiam gratia factum est cui iam clarū non est quia quę accipisse dicit cum caro factum est: hec non per se sed propter carnem dicit: in qua enim erat ipse cum diceret huius erat & dona quę per ipsū tribuebantur a patre At uero quę preter: queq; omnino accipisse diceret uidea mus ut hinc & illi cognoscere possint: Gloriam petebat dicebatq; omnia mihi tradita sunt:& post resurrectionem: potestatem omnem accipisse dicit sed anteq; dicet omnia mihi tradita sunt : omnium dominus erat: Omnia namque per ipsum facta sunt:& unus dominus erat per quem omnia & gloriam habebat Vnus dominus erat & est sicut & paulus ait: si enim cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent: habebat enim quam petebat qui dicit gloria quam habui antequā mundus esset apud te: Et potestatem quam post resurrectionem accipisse dicebat: Hanc antequā acciperet & ante resurrectionem habebat. Nam per se ipse increpabat dicens. Vade retro satana: Et per se discipulis potestatem dabant: quando & ipsis accendentibus dicebat uidebam satanan tanq̄ fulgur de cęlo cadentem Sed iterum q̄ accipisse dicebat hoc priusq̄ acciperet habuisse ostenditur Nam & demonas fugabat:& quę satanas ligauerat ea ipse soluebat sicut iabrae filia fecit:& peccata dimittebat cum diceret paralytico & mulieri quę pedes ipsius unixerat dimittuntur tibi peccata tua: & mortuos suscitabat. Ceci natuitatem supplebat cum usum ipsi gratificaret. Et hec faciebat non qui expectabat donec acciperet; sed qui potestatem habeat: ut ex his planum sit quodq; habeat cum uerbum sit: hec & factus homo & post resurrectionem humane cicitur accipisse ut propter ipsum homines & intera tanquam diuine nature participes facti de hinc potestate contra demones habeant: & in celis uellud a corruptiōe liberati perpetuo regnent hoc enim sumatim nos scire oportet: quia nihil horum quę accipisse dicit quasi non habens accipit: habebat enim uerbum cum semper deus fuerit nunc uero accipisse dicitur humane: quia ideo accipit ipse ut cum in ipso acciperet caro: ex carne deinceps in nobis stabiliter permanerent. Nam qd̄ a petro dicitur quia accipit a deo honorem & gloriam āgelis ipsi subiectis huius modi sensum habet: Sicut enim cum humane interrogaret diuine lazatum suscitauit: Ita hic accipit humane dicitur est: Angelorum autem subiectio uerbi diuinitatē ostendit Definite igitur inuisi deo nec de primite uerbum nec diuinitatē ipsius quę patris est eleuate quasi indigeat uel ignoret. ne in dominum: quę uestra ipsis uerbi sunt iniciatis sicut iudei faciebant qui tunc eum lapidabant: Non enim sunt ista uerbi pro ut uerbum est: sed hominum propria: & quemadmodū cum spuit ipse cum manū extendit: Cum lazatum uocat Opera hęc timet si p̄ corpus fierent. non hominis esse diceremus: sed dei ita humana in euangelio a saluatore dicuntur naturam spectates eorum quę dicuntur: & q̄ adeo sunt aliae: hec non diuinitati ascriberemus uerbi sed humanitati eius: Nā& si uerbum caro factum est Passiones tamen proprię sunt carnis: Et caro si adeo portatur i uerbo: uerbi tamen donum est: & uirtus: patris igitur opera per carnem faciebat & carnis item passiones in ipso nihilo secius apparebat: ut uidelicet rogabat & lazatum suscitauit: Et matrem increpabat dicens nundum uenit hora mea: & statim uinum fecit: Verus enim deus in carne & uera caro in uerbo erat. Propterea ex

operibus se notum faciebat. filium dei patremq; suum: ex passionibus carnis ue  
rum se ferre corpus. & hoc suū ipsius esse ostendebat: hec cū ita sint age pscrute  
mur: & illud de hora nemo nouit neq; ageli neq; filius. hoc. n. i primis ualde igno  
rātes. & i eo tenebris ob uoluti magnā hēresis suę putāt occasionem habere. Ego  
uero & in hoc ip̄os video sicut antiquitus gigantes dum causantur dū hēreticos  
instruūt bellare cum deo Dominus. n. celi ac terre per quem omnia facta sunt de  
die et hora apud ip̄os iudicatur: Et uerbū q̄ omnia nouit ab ip̄is diem & horam  
ignorare accusatur: Quid istis dementius quispiā dixerit? Quā ip̄is insanī adā  
quauerit? peruerbū facta sunt omnia & āni & répora & nox & dies. & omnis crea  
tura: & opifex opificiū ignorare dicitur: Et ip̄a quidem lectionis series dei filium  
diem & horā scire demonstrat. & ariani ignorantia p̄cipitātur: Nā cum dixisset  
neq; filius narrabat discipulis quę ante diem futura sūt dicens hec erunt & hec:  
Deinde finem qui uero dicit q̄ ante diē futura sunt: nouit profecto & diē quę post  
p̄dicta illucescet: Nā nisi horā nosceret nūq; ea significaret quę āte horā futura sūt:  
qui nesciret quādo erit hora Ac ueluti si quis cū domū uel urbe nescientib⁹ signi  
ficare uelleret: quę ante domū sunt: et uerbū percurreret: postq̄ non omnia signifi  
casset diceret: statim urbs erit et domus cognoscet certe qui signa diceret ubi  
domus esset et urbs. Nā si nesciret non ea significaret: quę antea sunt: ne forte pp  
ignorātiā uel audientes procul auerteret uel ip̄e qui dicit falleretur. & id quod si  
gnificat puertereē ) pari ratione dñus cum dicit: que ante diem erunt. & horam  
et accurate nouit et non ignorat quando erit hora: Quid igitur sciens discipulis  
tunc apte non dixit Nullius est curiosius inuestigare que ip̄e reticuit: Quis. n. co  
gnouit mentē domini? Aut quis consiliarius eius fuit: Quid aut̄ q̄ sciret dicebat  
nec filius nouit: Nemī fidelīū ignorare arbitror: quia pp carnem et hoc nihilo  
minus ut homo dicebat: Nā neq; hoc detrimentū est uerbi: sed humane uaturae  
propriū est ignorare: Et hoc item prohe cognoſceres si conscientia restā tem̄pus ex  
quireres quando hec quibusq; dicebat non tunc quidem cū p̄ ip̄m factū ē cyclū  
nec cū apud eū erat conſta cōponens: nā nec āteq; homo fieret iſta dicebat. sed q̄  
uerbū caro factum est quapp et omnia qnæcunq; dicit postq̄ factus est homo: ea  
humanitatē equū est ascribere: Nam uerbi propriū est scire creata et horū princ̄  
piū ac finē non ignorare: p̄ius enim sūt opera et nouit quanta et quatenus eo  
rum constitutionem fecerit: Nā qui principiū cuiuslibet rei nouit. si certe nouit:  
et generalem comunēq; rerum oīum finē. ut exempli gratia cū in euāgelio de suo  
ip̄ius humano fine dicat. Pater uenit hora glorifica filium tuum profecto cuiuslib  
et finis horā: ut uerbū sciebat. ut homo ignorabat. hominis. n. propriū est igno  
rare talia p̄sertim sed hoc ēt non erubescet pp carnē que ignorabat dicere n̄  
noui ut ostenderet: quia cū nosset ut deus ignorabat ut caro: non dixit igitur nec  
filius dei ut nati ex homine filii ignorantia esset: Propterea cum ab angelis ad su  
periora ueniret nō dixit nec spū sanctus: sed tacuit ut ostenderet: quia si spū no  
uit multo magis uerbū pro ut uerbū est. nouit a quo spiritus accipit et de spū ta  
cens clarum fecit quia de humano ip̄ius ministerio dicebat neq; filius: Et hoc si  
gnū est quia cum humane dixisset nec filius nouit: se tamen ostendit diuinit̄ om  
nia nosse: Nā filiū quē aiūt nescire diem: hunc dicit cognoscere patrem Nemo. n.  
inquit patrem cognoscit. nisi filius: Nemo āt p̄ter arianos nō fateretur quia qui  
patrē cognoscit multo magis totū creature nouit et in toto finē eius et si hora sta  
tuta est. et dies a patre planū est quia per filiū statuta est. et nouit ip̄e qd̄ p̄ ip̄m  
statutū est. Nihil. n. est. qd̄ non per filiū factū statutūq; nescit: Ergo ip̄e qui op̄  
ifex est uniuersi nouit quale quantūq; et quoūq; per ip̄m pater fieri uoluerit: sed  
in quanto est. ēt quatenus eorū imitatio est. Preterea si omnia patris filii sunt: hoc  
enī ip̄e dixit Patri autē est oīa scīr planū est quia et filius nouit: cū et hoc hēat

k +

ex patre proprium: Ad hęc si filius in patre & pater in filio nouit autē pater diē & horam: Clarum est quia filius qui in patre est. & scit que in patre sunt nouit & ipse diem & horam: Quod si & imago uera est patris filius nouit autem pater diē & horā: Non dubium est quin hora quoq; sciam patris similitudine filius habeat haud mirum est. si per quem oīa facta sunt. atq; consistunt uniuersa nouit ipse que facta sunt. & quādo particularis eōg coīq; finis futurus sit: Sed quādo hęc est petulantia: que arianog in sanie conuenit in patrē nos responsionē uenire cogit: Nā cum illi sempiternū uerbum dei filiū his que facta sunt connumerent senīm & ipsū patrem creatura minorem dicere meditantur: Si enim qui patrē cogō sit non nouit horā & diē uereor ne ut illi malefici dicerent plus fit creaturā immo uero minima creaturę patrē cognoscere q̄ patrē: Verū illi hoc mō in spiritū sanctum blasphemantes. expectent id quod dominus ait se nunq̄ impietatis huius remissionē habituros: Nos uero qui christū amatamus ac gerimus uerbū p̄ ut uer bū est. non ignorans dicere scimus non noui: Nouit. n. sed hūanitatem ostendit: quia p̄prium est hominū ignorare. & carnē ignorātem induit in qua cū esset humane dicebat non noui: Cū igitur tunc dixisset neq; filius nouit & hominū qui per noe tempora fuerunt ignorantia addidisset. statim subiunxit: Vigilate igitur quia neq; uos scitis qua hora dominus uester ueniet: & item qua non putatis hora filius hominis ueniet: Propter uos enim & ego ut uos factus dixi neq; filius: O portebat enim si pro ut est deus ignorabat dicere uigilate igitur quia nescio & qua non puto hora: Nunc uero hoc nō dixit sed cū dixisset nec uos scitis & qua non putatis: ostendit quia hominem est. ignorare propter quos habens & simile eōg carnem & factus homo dicebat neq; filius nouit: Neq; n. carne noui tam& ut uer bū nouerī: Exemplū quoq; temporū noe in pudentiā rursus aperuit impugnatorum christi: Nā & illic non dixit non noui: sed non nouerant donec diluvium uenit homines enim nesciebāt qui uero diluvium super induxit erat autē ipse saluator sciebat diē & horā qua chatarraetas aperuit ac rupit abyssos: Et noe dixit ingredere tu & filii tui ī ar cā: Nam si ignorasset haud quaq; predixisset noe: Ad huc .n. dies septem: Ecce super induco p̄ luuiā super terā: Quod si p̄ similitudinē temporū noe significat se diem nouisse diluvii: Nouerat ergo sue quoq; presentiē diem: At in similitudine quā de uirginibus dixit clarissimū ostendit qui nam sint nescientes deim & horam cum dicit: Vigilate igitur quia nescitis diē & horam: Sic igitur cum discipuli de fine interrogarent tunc fēcē dixit: nec filius uidelicet iuxta corpus ut ostenderet quia ut homo non nouerat: Hominū. n. proprium est ignorare: Verum tamen pro ut uerbum est: ipse est qui uenit ipse index ipse sponsus nouit quando: & qualis hora uenit: & quādo dicturus est exp̄ giscere dormiens & resurge ex mortuis & apparebit tibi christus: Quemadmo cū. n. cum factus sit homo cum hoībus famescit & siti & patitur ita cum hoībus uelud hō nouit: sed diuine cū in patre sit ut pote uer bū & sapia nouit: Et nihil est qd̄ nesciat: Sic & de lazaro rursus interrogat: ut homo cū uenisset: ut ipm suscītaret & noīset unde lazari reuocaret aīam: Plus autē erat scire ubi aīa eset q̄ ubi corpus saceret: Sed hūane interrogat ut diuine suscītaret: Sic & discipulos interrogat cū in partes c̄esarie uenisset q̄q sciret & priuīq; petrus responderet: Nā si pater ea petro reuellauit de qb̄ dñus interrogabat: mai estū ē p̄ filiū factā ēē reuelatiōe: Nō mo. n. nouit filiū nisi p̄ & p̄m nisi filius: & cuicūq; uoluerit filius reuellare: Quid si p̄ filiū & p̄ris & filii cognitio reuellaī nō dubiū ē qui ipē q̄ interrogat dñs cū pri q̄ a p̄re sūt: petro reuellaſſet: hūae postea iterrogabat: ut & hoc ossēderet q̄r hūae interrogas diuine sciebat q̄ petr̄ dictur̄ ēē: Sciebat ergo fil̄ q̄ p̄m suū cognoscit: qua cognitiōe nec maius aliquid nec p̄fect̄ esse posset: Et hęc qdē ad p̄futationē eōg lūſſiceſ poterāt: Placet autē ip̄os interrogāt ut hoc ēt mō inimici ūi

tatis & impugnatores christi magis appareat. Apostolus in secunda ad corinthios epistola scribens scio inquit hominem in christo ante annos. xiiii. siue in corpore siue extra corpus nescio deus sit. Quid igitur dicitis: Sciebat ne apostolus quod inuisione passus esset et si diceret. nescio. an sciebat? Si nesciebat: uidete ne qui cadere soletis in phrigum et iniquitatem cadatis: Qui dicunt nescire prophetas & alios qui uerbum ministrant. nec que faciant. nec de quibus annuncient: Sin autem scit cu[m] dicat nescio (hebat enim in se christum qui omnia ipse reuelabat) quomodo non uere peruersum est et in discretu[m] cor eorum christi impugnatorum qui apostoli dicerent nescio scire dicunt: Si enim quia christus in ipso erat paulus sciebat: qui dicit nescio: Quomodo non magis christus ipse nouerat: et si dicat non noui: Apostolus igitur reuelante filio sciebat quid passus esset: siccirco enim dicit. Scio hominem in christo Sed quid hominem sciebat Sciebat quomodo raptus esset homo: Elisse? igitur cum spectaret eliam sciebat et quomodo assumptus esset: sed quis noscet tamen cu[m] filii prophetarum putarent in uno montium a spiritu projectum esse ipse qui sciebat quod uiderat primo quidem hominibus suadebar. Sed cu[m] illi cogerent obticuit & eum abiisse concessit: Nunquid igitur: quia tacuit nesciebat? Sciebat quidem: Sed tanquam nesciens acquieuit ut & illi plusiasi posthac nihil de eius assumptione contenderent: multo igitur magis paulus ipse qui raptus erat nouerat etiam quomodo raptus erat. Nam et elias nouerat quomodo assumptus esset: & dixisset si quis eum interrogaret: Dic tamen paulus nescio duorum gratia ut arbitror: unius quidem ut ipse dixit: ne quis ipsum pro magnitudinem reuellationum aliud esse putet. supra quod uidet: Alterius uero quia cum saluator dixerit non noui decebat. & ipsum diceret nescio ne maior uideretur seruus domino discipulus preceptor suo: Ergo qui paulo dederat ut sciret multo magis ipse sciebat: Nam cum & ea dicit: quae ante die erunt nouit: ut antedixi quando dies erit & hora: Et tamen cum sciat dicit nec filius nouit: Quid igitur tunc dixit non noui? Ipse quidem ut pote dominus nouerat. Sed id quod per quirentibus coniciendum est. nostrae ut ego quidem arbitror utilitas causa fecit: Et ipse ueritatis sensu adiectione prebet: utrobius vero saluator obseruat quod utile nobis est. Nam & que ante finem occurent aperte ne cum ea finent. ut ipse dixit perturbemur: Sed ex his eorum que potinus erunt finem expectemus: De die uero & hora noluit diuine dicere noui. Sed humanie ut ante dixi propter ignorantem carnem dixit non noui ne posthac ipsum interrogarent. & ita siue non diceret discipulos tunc tristes redderet siue diceret rem ipsius et nobis omnibus in utilitate facheret hoc omnino pro nobis esse quia pro nobis et uerbum caro factum est. pro nobis igitur dixit et illud: nec filius nouit. Et hoc cum diceret mentitus non est. Nam humane dicebat ut homo non noui & illorum interrogationem repressit: Itaque in actibus apostolorum scriptum est: cum supersedit angelis ascendas ut homo carnem in coelum referens quam gestabat discipuli hoc spectantes deo interrogabant. quando finis erit? et quando redibis? Et clarius dixit: Non est uenstrum nosce tempora que pater posuit in potestate sua: Et tunc non dixit neque filius sicut ante ut hoc. sed uenstrum non est noscere. i.e. non caro resurrexerat et mortalitate deposita deificata erat. Nec igitur postea conueniebat. ut hominem respondet cu[m] redire in celum: sed ut deum docere non est uenstrum scire tempora et momenta que prius possuit in potestate sua sed que non est prius potestas? an non christus? christus non dei uirtus est et sapientia: Nouerat ergo filius que uerbum est: hoc non. cu[m] diceret significabat ego noui. Sed non est uenstrum sciire propterea non cu[m] in mente federare uide atque oium utilitatis gratia hunc neque filius nouit: Vobis non coducit de angelis deique filio sic audiri propter errores que postea futuri sunt ut si demones aequi est atque ageli transformati fuerint: et de consumatione dicere tempora uerint uos ipsis ut pote nescientibus minime creditis: Quid si antichristus simulans dixerit ego sum christus: & de consumatione tentauerit & ipse dicere ut audien-

tes decipiat: nec illi quidem credatis qui a me uocem habetis neque filius nouit: At  
hec illud & hominibus consert nescire quando finis erit uel dies finis ne si nos sit  
temporis intermedii contemptores fierent expectantes proximos consumationi die  
es: Nam occasionem caperent: ut sui curam tunc solum habere inciperet propter  
ea & mortis cuiusque finem tacuit ne hac occasione inflati homines maiorem tem  
poris partem se ipsos negligere incipient: Vt rursum igitur finem procul a nobis  
uerbum reposuit & uniuersalem & particularem: Siquidem in uniuersali particu  
laris continetur & in particulari uniuersalis aggregatur ut cum ille incertus sit  
& semper & peccetur proficiamus in anteriora extenti: que retro sunt oblieti Quis  
enim si finis diem sciret non intermedium tempus negligeret: Sed cum nesciat  
quoddie paratus est: Iccirco enim saluator subintulit dicens uigilate igitur qui  
a nescitis qua die dominus uester uenitur sit & qua non putatis hora filius ho  
minis ueniet hoc igitur propter utilitatem dixit que ex ignorantia proficiuntur  
Nam cum hec dicat uult nos semper paratos esse nos enim inquit nescitis. Ego  
uero dominus scio quando ueniam tametsi ariani me non expectent qui sum uer  
bum parris. Dominus igitur qui utilitatem nostram melius sit quam ipsis nos. Cau  
bat hoc modo discipulis: & ipsi cum didiscissent, thesalonicenses correxerunt quod  
in hoc erant erracuri sed impugnatores christi quoniam nec ita quidem refugiunt  
tametsi eos habere scientia cor durius pharaone: tamen hoc item interrogare uer  
bum: In paradiſo deus adam interrogat dicens adam ubi es percutiatur etiam  
caecum: Vbi abel frater tuus? Quod igitur & de hoc dicitis: Si enim ipsum ignoravis  
putatis & ideo interrogare: manicheis iam adhæreatis: hec enim ipsorum est au  
dacia: Sin autem manichei manifeste dici uertentes uos ipsis dicere cogitis. quia  
sciens interrogat quid absurdum: uel quid inuisitatum uidentes ita cecidistis: si  
filius in quo tunc deus interrogabat nunc idem filius carne uestitus ex discipulis  
interrogat ut homo nisi forte manichei facti interrogationem que tunc ad adam  
facta est criminari uolueritis ut & uos tantum in prauis opinionibus audaces si  
tis Et enim in omnibus confutari fremitis: rursus ex eo quod dictum est. aluca quod  
quidem recte dictum est. Vos autem male intelligitis. Sed quid est illud: nam ap  
ponere nescie est ut & hoc modo mens eorum corrupta ostendatur: Dicit ergo  
lucas: & iesus proficiebat sapientia: & grata & gratia apud deum & homines: Et  
dictum quidem eiusmodi est. Quoniam uero & in hoc offendunt nescie estrur  
sus eos tanquam adduc eos & pharisaeos interrogare de quo lucas ait: Est ne ita iesus  
christus homo ut alii omnes: an deus carnem gestans? Si enim communis est. & ip  
se homo sicut omnes alii sit etiam ut homo proficiens: qui tamen samoteli sensus  
est. cum quo re quidem & uos sentitis sed propter homines nomine solum dissensi  
tis: Sin autem deus est carnem gestans: sicuti uere est & uerbum caro faciū  
est: & cum deus sit interram descendit quem profectum habet qui equalis est deo  
& ubi augeri potest filius qui in patre semper est. Si enim cum semper sit in parte  
proficit: quid ergo est ultra patrem: ut preter ipsum proficiat. Deinde non inutile  
est eadem dicere: quod super accipere & glorificari diximus: si homo factus proficiebat clarum  
est quod ante quem homo fieret imperfectus erat. & caro ipsum potius proficit quod ipse carnem: Et  
rursum si proficit cum uerbo sit quod potest euadere uerbo & sapientia & filio & deo & uir  
tute: hec c. n. uerbum est. Cuius si quis uelut radii princeps quodammodo potest: hic oportet p  
roficiens est inter homines & angelos equalis esset: sicut angelus & archangelus & dignationes & uir  
tutes omnes & troni uerbi principes prius est: iacere sepulchrum quomodo igitur quod aliis profec  
tionem potest ipse illis inferior proficitur: Angeli. n. huius est ipsa generationi ministrarum  
Et quod a luca dicitur post angelorum ministerium dictum est: Qui potest igitur hoc in hominibus etiam  
cognitionem uenire quo pacto uel sapientia in sapientia uel qui aliis dat gratiam  
in gratia ipse proficiat: paulus enim cum sciret: gratiam per ipsum dari ubique

in epistola dicit gratia domini nostri iesu christi cum omnibus uobis **A**ut enim  
mentiri dicant apostolum uel nec sapientiam esse filium dicere audeant: aut si sa-  
pientia est ut solomon dicit & paulus scribit: christus dei uirtus & dei sapientia: pro-  
fectum non admittit: homines enim qui creaturæ sunt: uirtute intendi quodamo-  
do ac proficere possunt. **E**nnoch igitur hoc modo translatus est. & moyses crescendo  
proficiebatur isaac quoque proficiendo factus est magnus: Et apostolus quotidie se in  
anteriora extentum esse dicebat. habebat enim quisque ubi proficeret cum gradum an-  
teriore prospiceret. **D**ei uero filius qui solus est: quoniam extendi poterat. **N**am  
omnia in ipsum spectantia proficiunt: ipse uero qui solus est in solo patre est: nec  
ab eo protenditur: sed in ipso semper manet hominum igitur est. proficere: Sed filius  
dei quia proficere non potest: cum sit in patre perfectus se ipsum pro nobis humiliavit:  
ut in ipsius humilitate nos magis crescere possimus: incrementum uero no-  
strum nihil aliud est quam alensibilibus deficere et in ipso uerbo esse quando & ipsius  
humilitas nihil aliud est quam carnem nostram accipere: **N**on igitur uerbum propter uer-  
bum est proficiebat qui perfectus est. ex perfecto patre qui nullius indiget: sed a  
lios ad proficiendum inducit: humane uero dictum est. & hoc loco proficere quia  
perfectus hominem est. **N**am & euangelista hoc modo accurata cum obseruatione lo-  
quens perfectui coniunxit etatem: ut iherusalem autem & deus non mesuratur etate. **S**ed cor-  
porum sunt etates: Corporis ergo perfectus est ipso enim crescente crescebat in eo  
specimen diuinitatis apud eos qui uidebant et quanto magis diuinitas reuelabili-  
tur. tanto magis gratia crescebat hominis apud omnes homines: infans enim gesta  
stabatur puer factus in templo remansit et sacerdotes de lege interrogauit: & cor-  
pore sensum adolescentem cum uerbum in eo claresceret. confitetur primo petrus dicit  
inde omnes quia uere dei filius est iste tametsi iudici & ueteres & iuuenes oculos  
claudunt: ut uideant: quia in sapientia proficere non est sapientia proficere: sed huma-  
nitatem potius in ea proficere: & iesus proficiebat in sapientia et gratia: **E**t si ue-  
rum plausibiliter dicere oportet. ipse inse proficiebat: Sapientia enim domum sibi a-  
dificauerat. & in se domum proficere faciebat: **A**t quis perfectus dicitur. deifica-  
tio & gratia: quae ante dixi sapientia impartitur hominibus peccato in ipsis & corrup-  
tione deleta per similitudinem et cognationem carnis uerbi: Cum enim hoc modo  
corpus etate adolescenter coalescebat in eo diuinitatis specimen et constabat apud  
omnes templum dei esse & deum incorpore: tametsi contendat quia iesus uoca-  
tus est. caro factus et ad ipsum referant. profitiebat: Audiant ne hoc quidem spuri  
ali derogare luci (hec enim est filius) sed rursus ostendere quia uerbum homo fac-  
tum est. et ueram carnem gestauit: **E**t quemadmodum dicimus carne passum esse  
et carne deinceps reliqua sic etiam non absurde diceretur carne proficere: **N**am  
neque perfectus qualem diximus absque uerbo siebat in ipso enim caro erat que proficiebat: et ipsius caro dicitur. **E**t hoc rursus erat ut hominum perfectus coniuncto  
uerbo stabilis permaneret nec uerbi igitur perfectus erat nec caro sapientia sed sapien-  
tiae corpus caro facta est. **Q**uippe ut antediximus non sapientia propter uerbum  
ipsa per se proficiebat que naturam humanam sensim transcendebat. ac deificabatur  
et instrumentum ad opera diuinitatis efficiebatur: et splendorem omnibus: apie-  
bat. **E**t propterea non dixit uerbum proficiebat: sed iesus: quo nomine natus dominus  
nous uocatus est. ut hoc modo humanæ naturæ perfectus sit sicut in superioribus  
dictum ut igitur proficiente carne dicitur ipse proficere pro ea que cum corpore  
est proprietate: ita etiam que sub mortis tempus dictum perturbatum esse fleuisse eo  
dem sensu accipienda sunt: huc enim et illuc circumvenientes et ex his heresim qua-  
si deo constitueres dictum ecce fleuit et dixit nunc anima mea turbata est. et orauit ut calix  
transire. **Q**uomodo igitur si hec dixit dominus et uerbum primitu scriptum est. quia fleuit ipugna-  
tores dei et dixit turbatus sum: **E**t in cruce dixit eloi luna abacthani. quod est dominus

meus deus meus ut quid me dereliquisti? & orauit sāe ut calix trāsiret hēc enim  
scripta sunt: Sed uos item respondere uelim hoc enim insingulis que a uobis p  
ponuntur ex aduerso audiatis necesse est: Si quidem purus est homo qui loquit  
fleat timeat mortem ut homo: Sin autem ut uerbum est in carne: Non enim dubi  
tandum eadem semper dicere quem deus timere poterat: uel quid mortē timebat  
cum ipse sit uita & alios morte liberetur. uel quomodo qui dicit abraç noli timere  
tecum enim sum & qui moīsem contra pharaonem adhortatur & nauī filio dicit  
fortis esto & uirilis herodem ipse timebat: & pontium! Prēterea qui aliis ne time  
rent adiutor erat Dominus enim mihi adiutor inquit & non timebo quia mihi fa  
ciat homo hic duces timebat mortales homines: & qui uenerat aduersus mortē  
ipse formidabat quomodo non absurdum est & impium: hunc metuīste inferos  
quem iamcores inferum uidentes teriti sunt: Et si uerbum ut uos uultis pauebat  
**Q**uid qui de iudeorum insidiis pauloante dixerat non fugiebat? sed quesitus di  
cebat ego sum: Poterat enim non mori qui dicebat potestatem habeo potere ani  
mam meam: & potestatem habeo iterum accipere ipsam: & nemo auferat eam a  
me: Verum hēc uerbi propria natura non erat pro ut uerbum erat: Sed in carne  
que talia patiebatur uerbum erat o chris̄li impugnatores ingratū que iudici: Siq  
dem hēc ante carnem dicta non sunt: sed cum uerbum caro factum est & homo  
tunc humane hēc dicta sunt & scripta ut exempli gratia hic de quo talia scripta  
sunt lazaram fūscitauit amortuis aquam uitum fecit: Cęco a nativitate uiuum  
donauit: dixit ego & pater unum sumus: Quod si ex humanus humilia de filio  
dei cogitare causantur immo uero hominem ipsum ex terra totū & non de celo  
arbitrantur: Quid non ex diuinis item operibus uerbum in patre cognoscunt &  
impietatem suam penitus abnegant: ipsis enim uidere licet quomodo id est qui o  
pera facit: idem qui morale corpus ostendit dum flere ipsius ac famescere: & in  
ipso que propria corporis sunt uideri sinit: ex his enim notum faciebat se cum d  
us immortalis sit carnem cepisse mortalem ex operibus aut̄ ostendebat se dei uer  
bum esse & hominem postea factum: cum diceret & si mihi non creditis quem hu  
mano corpore circundatum uidentis at operibus credite: ut cognoscatis quia ego  
in patre & pater in me: Omnitio mihi impudentes blasphemiq; uidentur impu  
gnatores christi qui cum audiant. ego & pater unum sumus sensum de Pauare  
conantur & unitatem patris ac filii dividere cum uero audiant fleuisse sudasse:  
passum fuisse: hēc in corpore non uident. Sed ex his ipsum creature connumerāt  
per quem creatura facta est: Quid igitur iam nunc isti a iudeis differunt: Nam  
ut illi opera dei blasphemantes belzebu attribuebant: ita & isti dominum q̄ hēc  
operabatur creaturis connumerantes: eam cum illis damnationem sustinebunt  
irreucabilem: Oportebat enim eos cum audirent ego & pater unum sumus u  
nam ex substantiē patris proprietate diuinitatem inspicere cum uero audirent  
fleuisse & cetera eiusmodi hec corporis propria dicere cum presertim utrobiq;  
occasione habeant probabilem: Nam & illa tāq; de deo scripta sunt: & hēc pro  
pter humanum ipsius corpus dicuntur Nam que corporis sunt: in corporeo nō  
sierent nisi corpus corruptibile ac mortale cepisset: Mortalis enim erat maria ex  
qua erat & corpus Quapropter necesse erat cum ipse in corpore esset quod flet  
quod laborat ea etiam cum corpore dici que propria sunt carnis: Quod si fle  
uit & turbatus est: non erat uerbum pro ut uerbum est quod flet quod pertur  
baretur sed carnis id proprium erat. & si orauit ut calix transiret: non erat diui  
nitas que paueret sed huānitatis hec quoq; perturbatio fuit: & cum dicit ut qđ  
me dereliquisti: qu amuis mihi patiebatur Nam uerbum pati non potest hēc  
en euāgelistā ut in superiorib; dictū est. tanq; ipius esse dixerunt: quoniā & hō

factus est et hēc uelut ab homine sunt atq; dicuntur ut & has carnis passiōes ipe leuaret: quibus eam liberam preparauit. Quare nec potest quidem a patre dñe liqui dominus qui in eo semper erat et priuq; uocem ista diceit & cum eam emit teret: Nec uero fas est rursus dicere timuisse dominum quo territi ianitores inferos deserunt & monumenta aperta sunt corpora sanctorum suis exēit & ho minibus apparuerunt: Refrenetur ergo hereticus omnis et dicere uereatur ti muisse dominum quem mors fugit ut draco: quem demones tremunt: & mare formidat: per quem celi sinduntur et uirtus omnis cōmouetur: Ecce enim ipso di cente ut quid me dereliquisti ostendit pater quia semper et tunc erat in eo: Terra enim dominum q; aloquebatur agnoscens statim tremuit & uelut scissum ē sol obscuratus & petrae scisse. sunt monumenta ut dixi aperta sunt. et qui in eis erant mortui surrexerunt & quod admiratione dignum est. qui tunc aderant ipsi q; negabant: postea cum hēc uiderent confitentur uere hunc dei filium esse. Quod aut dicit si possibile est. transeat calix discant quomodo cum hēc dixisset petrum increpauit dicens. non intelligis quae dei sunt: Nam quod recusauerat uolebat et eius causa uenerat: sed ipius erat pauere iccirco dicebat ut homo eiusmodi uocē & utraq; rursus ab eode dicebantur ut ostenderet quia deus erat ipse qui uolebat sed homo factus pauentem carnem habebat cuius gratia uoluntatem suam cum humana infirmitate confudit ut hac itē euacuata hominem contra mortē intrepidum prepararet: Ecce. n. rem uere in opinam quem quasi ex patuore loqui putat impugnatores christi hic eo ipso qui pauor putatur intrepidos homines compat: Beati igitur apostoli post eum huiusmodi uocibus mortem adeo continebant ut nihil eos currarent qui se interrogabant. sed diceret obediens oportet magis dō q; hominibus: alii uero sancti martyres usq; adeo confidebant: ut se ad uitam potius transire q; mortem sustinere putarent: Quomodo non igitur absurdū minimū uerbi fortitudinem admirari: ipsi uero uerbū p; quo illi mortem contēpserunt pauore affectum dicere: Nam ex constantissimo sanctoꝝ martyꝝ proposito ac fortitudine ostenditur quia diuinitas non pauebat: sed pauorem nostrum salvator auferebat: Sicut. n. mortem morte et humane humana omnia destruebat: sic et eo ipso qui pauor putabatur pauorem nostrū auferebat: & effecit ne posthac homines mortem metueret hēc igitur dicebat simul et faciebat: humanū. n. erat dicere transeat calyx: & ut quid me de reliquisti? diuinum autē facere ut sol deficeret: mortui resurgerent Rursus cum humane diceret nūc. aia mea turbata est diuine aiebat. potestatem hēo ponere aiam meā & potestatem habeo recipere ipsam: Nam turbari carnis erat propriū potestatem habere ponendi aiam ac recipiendi cum uellet. hoc iam non hominum est: sed uirtutis uerbi proprium. homo enim non potestate propria: sed necessitate natura: et si nolit moritur: Dominus autem qui immortalis erat: sed mortalem carnem hēat poterat ut deus a corpore separari et hoc item recipere cum uellet: De hac dauidā et canit non derelinques aiam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem Decebat. n. carnem que corruptibilis erat: non iam pro sua ipsius natura manere mortalem sed pro uerbo quod eam induerat. immortalem persistere: Nam sicut ipse cum in corpore nostro esset nostra mutabatur: ita nos cum ipsum accepserimus diuinitatis eius participes sumus. Frustra igitur similantes scandalizantur ac humilia de uerbo sentiunt ariani quia scriptum est l. perturbatus est & fleuit: Videntur enim nec humanum quidem sensum habere qui hominum natum ignorant: et que ipsorum propria sunt: Quapropter mirandum potius erat q; uerbum cum in eiusmodi carne esset: que patetur: nec prohibuit insidi antes nec ultus est interficienes cum tamen posset: qui alios mori prohibebat. & mortuos suscitabat: sed corp' suum pati permisit. Iccirco enim uenerat sicut

antedixi ut pateretur carne & caro deinceps pati nō posset. sed immortalis eua  
deret: **E**t quemadmodum iam sepe diximus cum in eum contum & quę debeban  
tur omnia preuenissent: hęc postea homines minime tangerent: sed ab eo peni  
tus abolerentur & ipsi in reliquum: uelut dei templum per secula incorruptib  
les permanerent: hęc si christi impugnatores ita sensissent & ecclesię metam qua  
si ancoram fidei cognouissent passi non essent inside naufragium: nec usq; adeo  
insolecerent ut his repugnarent qui se prolapsos suscipere uolunt immo uero  
inimicos eos ducerent qui se ad pietatem hortantur: **S**ed hereticus ut uidetur fū  
est uere mala qui cor undiq; ad impietatem uitiatum gerit: **E**cce enim cū in om  
nibus confutentur: & omni cognitione priuati esse ostendantur: non erubescunt  
sed uelut lydra bellua infabulis apud gentiles celebrata prioribus cesis serpenti  
bus alios fundebat quorum instaurazione cum interfectere certabat. Pari ratio  
ne & hi deo inuisi cum in his que preparant tanq; lydre spiritualiter occidant: q  
stiones alias sibi ipsis iudaicas & fatuas inueniunt: & quasi inimicam ueritatem  
habeant noua excogitant: dum modo se per omnia christi impugnatores osten  
dant: **N**am post reprehensiones tantas quibus etiam diabolus istorum pater re  
tro confusus abiret ipsis aperuerso corde cogitantes murmurant: **E**t his quidē in  
sulsurant aliis ueluti culices circumstrepunt dicentes: **E**sto sic interpretamini. **E**t  
vincitis raciocinationibus & argumentis: sed dicendum est prepositio & uolun  
tate filium a patre genitum. **N**am & in hoc multos decipiunt quia dei propositū  
uoluntatemq; proponunt: hoc uero si quis ex his qui recte credunt simpliciter  
diceret: nihil cuiq; suspicari liceret: quando simplicem uerbum prolationem rec  
te fidei sensus uinceret: **S**ed quoniam hereticorum uox est suspecta sunt autem  
reticorum uerba & ut scriptum est gubernant autem impii dolos. & sermones e  
orum dolosi sunt: etiam si solum nuerint uiciatum enim cor gerunt age & hoc  
quod abeis dicitur exqramus: ne forte in omnibus coniuncti continuo uellut ly  
dre dictiunculam nouam excogitarint ut sermone hoc spacio persuasibiliq; su  
reptione suam ipsorum impietatem alio modo disseminent Idem enim de  
nuo significat qui dicitur filius uoluntate genitus est: & creatura est: **S**ed quia  
hoc dicere erubescunt conantur miseri hoc rursus aliter significare uoluntatē  
premittentes sic atramentum sc̄pię ut in hoc simplicibus tenebras obducant: &  
ipsi heres̄is sue non obliuiscantur: **V**nde enim illud proposito uel uoluntate qua  
ue scripture denuo talia proferunt: dicant isti uerbis suspecti & impietatis inuen  
tores: Pater enim de celo uerbum suum reuellans ostendit: hic est filius meus di  
lectus & per dauid eructauit inquit cor meum uerbum bonum: Ioanni uero má  
dauit ut diceret. In principio erat uerbum **E**t dauit canens apud te inquit fons ui  
te in lumine tuo uidebitus lumen. **E**t apostolus scribit qui cum sit splendor gl  
orię & iterum que cum informa dei eslet: & qui est imago dei inuisibilis **V**biq; e  
sentiam ubi omnes & nusq; & uoluntate ipsum neq; omnino factum esse dicunt  
ipsi uero ubi nam propositum inuenient uel uoluntatem precedere uerbi dei  
nisi forte scripturis omissis ualentini quoq; prauam opinionem efflingiunt Pro  
lomeus enī ualentini duas lances habere dixit ingenitū cogitationem & uolunta  
tem & primo cogitauit deinde uoluit & quę cogitauit exhibere non potuit nisi  
cum uoluntatis potestas fuit hinc ariani didicerunt. ut propositum & uoluntatē  
uerbum precedere uelint illi ergo q; ualentini sunt omulentur nos uero diuiniis  
congredientes eloquis de filio inuenim⁹ erat. & ipsū ipatre solū: & patris imagi  
nē esse audim⁹: **D**e his aut̄ solis q; facta sunt ppositū & uoluntatē pceder legitimus  
hoc enim aliquando naturaliter non erant nisi cum facta sunt. uidelicet catente  
dauid psalmo centesimo tertio decimo: hic deus noster in celo & in terra omnia  
quecunq; uoluit fecit: & centesimo decimo **M**agna opera dñi exquisita in oēs

uoluntates eius et rursus . centesimo trigesimo quarto : omnia quecunq; uolut  
dñus fecit in cœlo in terra in mari et omni abyssō : Si ergo opus est & factura et u  
nus ex omnibus dicatur et ipse uoluntate factus : Sic . n . facturas fieri scriptura de  
monstrat : Et asterius hæresis patronus cum isto consentiens ita scribit : Siue . n . i  
dignum est opifice . ut uolens faciat in omnibus pariter tollatur uelle ut dignitas  
ei pura seruetur : Siue deo conuenit uelle : sit qđ melius est in prima etiā generati  
one : Neq; n . uni et eidem deo cū in rebus que sunt conuenire possit uelle conue  
nire oportet et non uelle : Maximā quamq; impietatem in uerbis suis sophista cō  
posuit ut factura & generatio idem sit : & unus ex omnibus generationibus deus  
**T**antundem . n . conclusit quia facturas proposito et uoluntate dicere conuenit .  
Itaq; si alius est ab omnibus ut supra demonstratum est & p ipm potius facta sunt  
opera : non dicatur uoluntate : ne et ipse eodē modo generetur quo et ea consistunt  
que per ipsum facta sunt : Et . n . paulus cū prius nō esset p dei uoluntate factus est  
apostolus : & uocatio nostra cū antea non esset nūc at sit pr̄cedentē uoluntatem  
habet : & ut ipē iterum paulus dicit secūdū bñ placitum uoluntate eius factū est :  
Et quod per moysem dicitur fiat lux & educat terra : & faciamus hominē : hoc ut  
insuperioribus dictū est : uoluntatis eius qui faciebat significatiū esse arbitror .  
Nam quae aliquando non erat sed ex trinsecus facta sunt : deus facere uoluit : pro  
priū autē uerbū ex se ipso naturaliter generans non ante uoluit : in ipso enim pater  
omnia quecūq; uult facit : et in hoc fabricat : quenadmodū et iacobus apostolus  
docens dicebat . cū uoluit generavit nos uerbo ueritatis : De omnibus igitur que  
q; regeneratur queq; simul sunt dei uoluntas in uerbo est : in quo ea que decre  
uerit facit ac regenerat : & hoc item significat . apostolus ad thessalonicensē scribēs  
hec enim uoluntas dei in christo iesu aduos : si uero in quo facit in ipso etiā uolun  
tas est : & in christo uoluntas patris : quomō potest et ipse in uoluntate et proposi  
to fieri : Si . n . & ipē uoluntate factus est ut dicitis necesse est de ipso uoluntatem in  
alio quodam uerbo consistere per quem & ipse genitus sit : Demonstratū est enī  
uolūtate dī n̄ ēē q̄ fūt l; ē eo ppter que et ī quo factū oēs fūt Deid 2 idē sit  
dicef uolūtate . Et fuit aliquādo 2 n̄ erat : satis hoc habeāt . dicef fuit aliquādo 2  
n̄ erat : ut dum erubescunt : q̄ tempore significatur cognoscant quia dū uolūtate  
dicunt tempora antefilium fuisse significant : his enim que aliquando non erat  
uoluntas p̄cedit sicut in omnibus creaturis Q d̄ si uerbum creaturarum est o  
pifex ipse uero consubstantialis est patri quomō uoluntas ei qui sempiternus ē  
quasi non fuerit p̄cedere potest : Si enim uoluntas precedit quomodo per ipsū  
omnia : sed potius unus est ex omnib; uoluntate et ipē generatus filiū sicut et nos  
uerbo ueritatis generati sumus filii et iō necesse nobis uerbum aliud ut dictum ē  
quātere per quod factum sic hoc et generatum cum omnibus que deus uoluit :  
**S**i ergo alterum est dei uerbum sit et hoc uerbo genitum Sin autem non est aliud  
sicut certe non est : sed omnia per ipsum facta sunt que pater uoluit : quomō non  
phibetur istoq; multiceps astucia : quia cum dicere uereantur facturam et creatu  
ram et non erat priusq; genitum esset dei uerbū : alio item mō ipsum dicunt : crea  
turā ēē premittentes uoluntatem et dīt si nō est uoluntate genitus necessario igi  
tur et īmitus filium deus habuit perniciosissimi quiq; ad h̄eresim suam omnia  
trahunt : Nam quod uoluntati opponitur uident quod maius et p̄ponitur nō  
uideret : Sicut enim uoluntati opponitur id qđ est p̄ter tentiam : ita uolunta  
ti proponitur ac p̄cedit quod est secundum naturam : Domum igitur aliquis ē  
dificat uolontate filium uero generat natura : et quod uolontate ēdificatur fieri  
cepit et extra eum est : qui facit filius autem substantiæ patris propria est genera  
tio neq; extra ipsum propterea nec de illo consulit : nec de se ipso consulere videa  
tur . Quantum igitur creaturæ filius tantum id quod secundum naturam

est uoluntati preponitur: & oportebat eos cum non audirent uoluntate cogitare secundum naturam: hi uero oblii se audire deo humanas audent oppositio nes dicere in deo uidelicet necessario & preter sententiam: ut uerum dei filium ei se negent: **E**t enim dicant ipsi uobis bonum esse misericordemq; deum hoccine adest. ei uoluntate an non: **S**i enim uoluntate: considerare oportet quia bonus esse ceperit: & fieri potest ut bonus non sit: **N**am uoluntas & propositum ad utrumq; mouetur: & hec est rationalis naturae passio: **S**i uero quia id absurdum est non uoluntate misericors & bonus est audiant que ipsi dixerunt: ergo necessario & iniustus bonus est: & quis ipsi necessitatem imponit **Q**uod si irrationabile est dicere in deo necessitatem: quia natura bonus est: multo magis & uerius filii pater natura & non uoluntate fuerit: **D**icant uero & hoc item nobis uolo enim eis pro ipsorum impudenciam interrogatioem adducere audacem sane: sed que tamen ad pietatem spectat propicius esto domine pater ipse cum prius consuluissest dein de uoluissest siccine fuit: an & anteq; confiduisse? **O**portet enim qui de uerbo talia presumunt talia & ipsos audire: ut suam eiusmodi perulantiam ad ipsum quoque patrem preuenire cognoscant: **Q**uando igitur semel de uoluntate consultarunt si & ipsum esse dixerint uoluntate quid erat anteq; uellet: aut quid plus habuit postquam uoluit: ut uos dicitis: **Q**uod si absurdum est eiusmodi interrogationeq; consistere potest: neque omnino fas est talia dicere: **S**ufficit enim cum audimus deo scire nos & intelligere ipsum esse qui est: **Q**uomodo igitur non absurdum fuerit de uerbo quoque de talia cogitare: & propositum & uoluntatem premitter **S**ufficit enim etiam cum audimus de uerbo scire uos & intelligere deum qui uoluntate non est: non uoluntate suum uerbum habere sed natura **Q**uomodo non omnem insaniam exuperat tantummodo etiam cogitare ut consulat ut consideret ut elligat deus ut sibi ipsi uelle persuadeat ne non irrationalis & insipiens sit sed rationem sapientiamque contineat: **N**ani de ipso considerare uidetur qui de proprietate sue ipsius substantiae consilium. **C**um igitur magna sit in eiusmodi Iesu blasphemia: praecepsurum ea que facta sunt beneplacito: & uoluntate facta esse filium uero non esse opificium uoluntatis accessarium sicut creatura sed natura liter propriam substantiam generationem. **E**t enim cum proprium sit patris uerbum non sinit uoluntatem aliquam pre se considerari qui uiuens patris est ipse consilium & uirtus & opifex eorum que patri placuerint: **E**t hec ipse de se dicit in pro uerbis meum consilium & securitas mea prudentia & mea fortitudo: **S**ic enim ipse cum sit prudentia in qua regnos fecit & fortitudo & motus Christus enim dei uitius est. & dei sapientia nunc prosequens dixit mea prudentia & mea fortitudo cum dicat. meum consilium sicuti a propheta didicimus quia ipse magni consili angelus est. & uoluntas patris ipse uocatus est: **S**ic enim redi guendi sunt qui humana deo cogitant: **E**rgo si facture uoluntate ac bene placito subsistunt & omnis creatura uoluntate facta est: exceptus hic est abeis que facta sunt: & ipse potius est uiuens patris consilium in quo hec omnia facta sunt. in quo & sanctus dauid gratias agens dicebat psalmus septuaginta secundo tenuisti manum dexteram meam: & in consilio tuo duxisti me: **Q**uomodo igitur uerbum cum sit patris consilium & uoluntas potius ipsum proposito & uoluntate gigni. **P**reterque si ut antedicti malesani denuo dicant ipsum per se ipsum uel per alterum aliquod genitum esse: quid igitur per quod genitum est: **F**ingant alterum uerbum & ualentinum imitati christum alterum nominent **N**on enim scriptum est sed si etiam commenti fuerint illud denique per quod genitum est & ita deinceps recogitatibus nobis ac discutientibus ueritatem multiceps sacrilegorum heresis in deo & multiplicitate infinitum surrorē labi reperitur ubi cum filii creaturā ex nihilo esse uelint eadem alio modo significant propositū & uoluntatē premissentes quod rationabiliter

in his prorsus consistunt quæ facta sunt. & creata quomodo igitur non impium  
fuerit ea quæ sunt operum transferre in opificem: uel quoniam nos blasphemat.  
qui uoluntatem in patre priusq; uerbū fuisse dicit: **Nam** si p̄cedit in patre uolū  
tas haud uere filius dicit ego in patre aut si etiam ip̄e in patre est. secundus tamen  
putabitur: ut ipsum dicere non dicere non deceat ego in patre cum uoluntas pri  
usq; ip̄e sit in qua facta sunt omnia in qua & ip̄e substitut ut uultis: **Nam** etiam si glo  
ria differt nihilominus ex his est. quæ uolūtate facta sunt: **Quod** si ita est quoniam  
ut in superioribus dixi hic dominatur illa seruunt: & quoniam mō hic dominus  
erit q̄ sit cum dominatione patris unitus: et creatura omnino serua q̄ sit a patris  
unitate separata: quæ cum aliquando non esset postea facta fuerit: Sed eos decebat  
cum filium uoluntate dicerent prudentia quoq; factum dicere: Ego enim prudē  
tia m̄ et uoluntatem idem esse: arbitror: **Nam** quod quisq; uult. hoc prouidet &  
quod prouidet hoc et uult: Ip̄e igitur saluator hec ueluti germana simul cōnexu  
it dicens: **Meum** consilium & securitas idem est **Vna** enim utriusq; uis est. sic idē  
est dicere prudentiam et uoluntatem quæ dñs est impi uero nolunt filii uerbū  
esse consilium q̄ uiuens: **Sed** in deo prudentiam et uoluntatem & sapientiā quasi  
accidentem contingentemq; hītum esse. non aliter q̄ in homine fabulantur & om  
nia mouent: **Et** ualentini opinionem uoluntatem q̄ premitunt modo filiū a p̄e  
dilungant nec ipsum fateantur proprium patris uerbum: sed creaturam esse:  
**Audiant** igitur illi qnod simon magus audiuuit impietas ualentini nobis cum sit  
inprodictionem: **Et** omnes salamoni potius credant. qui uerbum ipsum sapientiā  
& prudentiam esse dicit **Deus** enim inquit sapientia fundauit terram: prepauit at  
celos in prudentia: **Eodem** modo in psalmis uerbo domini celi firmati sunt: **Sic**  
omnia quæcunq; uoluit fecit: **Et** apostolus thessalonicensibus scribit uolūtās dī  
in christo ielu est: **Filius** ergo dei uerbum ip̄e est & sapientia ip̄e prudentia consi  
liumq; uiuens. et in ip̄o patris est uoluntas ip̄e ueritas & lumen et uirtus patris ē  
**Q**d̄ si uoluntas dei sapientia est atq; prudentia **Filius** autem est sapientia uide  
ne qui filium uoluntate dicit. simile dicat sapientiam in sapientia genitam esse. &  
filium in filio factum. et per uerbum uerbum creatum. **Hoc** & deo repugnat et  
scripturis eius aduersatur: **Nam** et apostolus filium non uoluntatis: sed ip̄ius pa  
terne substantiæ splendorem proprium & characterem predicit dicens qui cum  
sit splendor & character substantiæ ip̄ius. Si uero ut ante dixi non uoluntate est.  
sed paterna substantia & hipostasis nec paternæ uidelicet substantiæ proprietas uo  
luntate fuerit: **Qualis** cunq; enim et quocunq; mō fuerit beata illa hypostasis ta  
lem et eodem modo eē oportet propriam ex ipsa generationem: **Et** ipse igitur pa  
ter non dixit hic est uoluntati mea genitus filius nec quem habui quia mihi con  
placuit filium: sed simpliciter filius meus. & i quo potius mihi bone complacui:  
his uerbis ostendens hunc natura filium esse: in ipso enim eorum uoluntas. que  
mihi placent: reposita est. **Numquid** igitur quia natura est. et non uoluntate fili  
uolentis inuiti q; patris filius est? **Minime** quidem sed uolentis **Et** ut ipse dicit pa  
ter filium dilligit: & omnia ostendit ei **Vt** enim bonus esse. uoluntate non cepit:  
nec tamen inuita et p̄ter sententia bonus est. **Quod** .n.ē hoc & uoluntariū ip̄i  
est ita & filium esse etiam si uoluntate non cepit hoc tamen ipsi nec in uita ē nec  
prater sententiam: **Sicut** enim substantiæ suæ uoluntarius ē ita & filius proprius  
qui substantiæ ipsius est ip̄i non inuito ē. **Velit** igitur & diligit filium pater & q̄  
q; quod deus uelit non quod nolit pie consideret. **Nam** filius est uoluntate: **Vult**  
enim ipsum pater hac et ipse amat diligit et obseruat patrem **Et** una ex patre uo  
lūtas ē. i filio ut ex hoc spectari possit filius in patre et pater in filio: **Nemo** tamen  
secundum ualentinum. precedentem uoluntatē supinducat: **Nec** quisq; occasiōe  
uoluntatis medium se trudat. in re solum patrem solumq; uerbum insaniret eni  
1

siquis uoluntatem & considerationem inter patrem & filium statueret. Aliud est enim dicere. uoluntate genitus est & aliud amat & uult enim qui suus ipsius est natura filius **Nam** dicere genitus est uoluntate primo quidem hunc aliquando non fuisse significat: **D**einde in utrāq; partem ut dictum est inclinationem haber ut intelligi possit quod pater potuit et nolle filium **D**e filio aut dicere q; potuit non: esse nefaria est audacia & que in patris substantia preueniat **S**iquidem pro prium ipsius diceretur potuisse patrem non esse bonum tuus est. Illud aut pater uult filium & uerbū uult patrem non uoluntate precedentem sed q; suum est na ture demonstrat & substantię proprietatem similitudinēq; significat: **A**c ueluti d splendore diceretur: & luce quia splendor precedentem non haber in luce uolu tam est aut naturaliter lucis generatio quem ipsa uult tametsi eum non in con sideratione uoluntatis sed naturaliter & proprie generet: Ita de patre & filio recte quis dixerit quia pater filium amat & uult. & filius amat. & uult patrem filius ergo non uoluntatis dicatur opificium nec ualentini superinducatur ecclesiæ: s; consilium uiuens & uere naturalis generatio dicatur uelut splendor lucis: **S**ic. n. & pater dixit eructauit cor meū uerbum bonum & filius consequenter ego in pa tre & pater in me: **S**i uerbū est incorde . ubi consiliū: & si filius in patre ubi uoluntas. **E**t si ipse consilium est quomodo inconsilio consilium: **A**bsurdum est. n. ue ut sepe dictum est. & in uerbo uerbum & in filio filius & in sapia sapia sit. **N**am filius est oia patris & nihil in patre priusq; uerbum. **S**ed in uerbo est et uoluntas & per ipsum que uoluntatis in opus reciguntur : quemadmodum diuine scrip ture docuerunt. **V**ellem igitur ut impii qui a deo in temeritate precipitarunt quiq; de uoluntate considerant: **N**unc non mulieres suas puereras. sicut antea intero gabant habebas ne filii priusq; gigneret. sed patres interrogarent: utrum uolentes efficiunt patres: secundum uoluntatis nostrę naturam. an nature substantięq; uestre similes sunt filii ut uel a parentibus confunderentur a quibus uoluntate generationis reposcerent: & cognitionem habere sperarunt: **S**iquidē ipsis responderent: quos generamus non uoluntatis: sed nostri similes sunt nec consultantes efficiunt parentes: sed nature propriū est generare **N**am & nos filioq; similitudi nes sumus: **A**ut igitur se ipsis condemnent: & mulieres de filio dei interrogare desinant: aut ab ipsis quoq; discat. non uoluntate generari filii: sed natura & proprietate: **A**rgumentū de hominibus sumptum conueniens istis & congruum quan do quidem humana de diuinitate malefani disputant: **Q**uod igitur adhuc insaiuit impugnatores christi **N**am & hoc ipsorum pblema demonstratum est cuiusmodi & alia & probatum est nihil nisi somniū esse atq; cōmentum **Q**uocirca intuentes a liquando sero licet quantū insanę precipitum in currerint moniti a nobis de la queo diaboli exire ac refugere deberent: **B**enigna. n. ueritas q; ubiq; clamat **E**t si mihi non creditis q; corpore uestitus sum operibus credite ut cognoscatis quia ego in patre & pater in me & ego & pater unum sumus & q; uidet me uidet & patrem: **S**ed dominus ut consuevit homines diligit: **E**t quemadmodū laus dicit da uid omnes errigi qui allisi sunt: impis uero cū domini uoce audire nolint: nec cristum uidere sustineant quē omnes deum & dei filii confitentur: **C**ircueunt miseri ueluti scabrones cū patre suo diabolo: quegentes impietatis occasiones: **Q**uas igitur posthac denuo uel unde reperrire poterunt. nisi a iudeis & a caipha mutuauerint blasphemias & a gentilib; impietate sumpserint **N**am istis occlusis sunt diuine scripture ex quibus insanī undiq; redarguuntur et impugnatores christi :

**Q**ui maligne diuinis scripturas intelligere uolunt humana de filii dei humilitate uerba: ut blasphemiam tuam confirmant adducere student. Omnis autem christianismi sedulitas in humilibus & uerbis & rebus inuenit. Quod si beatum paulum audire potuissent, quod ad corinthos scribit cognoscite gratia domini nostri iesu christi quod propter nos factus est pauper cum diues esset ut nos illius paupertate diuites efficiemur paupertatis eius modum cognouissent: unde & alibi paulus idem ut ualeatis inquit comprehendere cum omnibus sanctis quod latitudo & longitudo & profunditas et altitudo & cognoscere super eminentem caritatem cognitionis dei ut implanint in omnem plenitudinem dei iecico in ipius humilitate ac passionibus id quod scriptis mandauit liberius loquitur: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo: Et nichil iudicauit scire in uobis nisi iesum christum & hunc crucifixum. Et si cognouisset nunquam dominum gloriae crucifixissent. Et hic nunc si diuinis scripturas cognouissent creatorem uniuersorum creaturam uel opificium dicere ausi non essent. Allegant enim nobis dicentes quomodo similis esse potest uel ex substancia patris: cum scriptum sit: sicut pater habet uitam in se ipso ita dedit. et filio uitam habere in se ipso: Excellentia inquit datus est propter accipiente: Et quid me inquit bonus dicis? nullus bonus nisi unus deus: et iterum deus meus deus meus ut quid me dereliquisti et rursus de die nouissimo nemō nouit nec filius nisi pater & denuo quae pater sanctificauit: & misit in mundum: & item quae pater suscitauit a mortuis. Quomodo igitur inquit qui suscitata a mortuis similis est ei qui suscitat ipsum? hec autem propter pauca de multis ut his liberati reliqua facilius intelligent: Debemus igitur ea quae uero habeant pro uiribus exponere: Cum igitur beatus paulus dicat propter suscitauit filium suum a mortuis ioannes nobis declarat quia dicebat iesus soluite templum hoc & intriduo re aedificabo illud dicebat autem inquit de templo corporis sui: Planum igitur aduerteturibus quia dum suscitatur corpus: filius a paulo dicitur suscitari a mortuis: Namque sicut corporis eius a corpore eius datur sic ergo cum dicitur uita propter filio dedit carni data est intelligendum est. Si non ipse uita est quomodo uita uita accipit? Nam & ipse profiteretur dicere. Quesumus uocem meam audiuit et ego agnosco eas & sequitur me. & ego uitam aternam do eis & non pribut in aeternum: Et si ipse est sapientia dei si ipse omnem fecit etatem quomodo dicit proficiebat iesus sapientiam & etatem? Et si pater per propria uerbum & filium oia fecit: profecto suscitationem quoque carnis eius per ipsum fecit per ipsum ergo suscitauit eum et per ipsum similiter uitam prebeat: Suscitatur quidem iuxta carnem ut homo: & uita accipit ut homo hitu inuentus ut homo & ipse est qui templum suum redificat ut deus & uita sua carni datum rursus igitur cum dicat quecumque pater sacrificauit: & misit in mundum alibi ait propter ipsius ego sanctifico me ipsum ut sint & ipsi in ueritate sanctificati. Et cum dicat deus meus deus meus ut quid me dereliquisti ex persona nostra dicit per quod forma dei accipies & in similitudine hominum factus & hitu inuentus ut homo humiliauit se ipsum factus obediens usque ad mortem aeternam a crucis et reliqua & ut hecias dicit ipse langores nostros sustinet & pro nobis affligitur Pari modo non est de reliectus adeo sed per nos derelictos uenit in mundum Et cum dicat propter quod & deus exaltauit eum & donauit ei nomen quod super omnem nomen et reliqua de templo dicit quod est corpus eius neque enim exaltatur altius simus: sed altissimi caro exaltatur: & nomen quod est super omne nomen carni donauit altissimi nec uerbum gratis accepit ut vocaretur deus. Sed caro eius cum ipso uerbis facta est neque enim dixit uerbum deus factum est: sed deus erat uerbum: semper inquit deus uerbum et hic ipse deus caro factus est ut caro ipsius fieret deus uerbum: Quemadmodum & thomas ipsius tacta carne succlauit dominus meus et deus meus de deo conuincti utrumque assenseret: Similiter et iohannes de uebo uite

scripsit: q̄ erat in principio q̄ audiuimus quod uidimus: & manus noſtre palpa-  
runt: Clariſt igitur quia filius & uerbum dei in carne palpatus est: & utrumq; co-  
uincit scriptura diuina uerbum uitę palpatum tradidit: & cū dicit nundū ſpiritus  
fanetus miſſus erat qr iefus nundum glorificatus erat carnem eius dicit nundum  
glorificatam eſſe: Non enim dominus glorię glorificatur: ſed caro domini glorię  
ipsa glorię accipit: que una cum eo in celum ascendit: hinc & ſpiritus adopti-  
onis non dum erat. inter homines quia humana caro ab initio ſumpta nundum  
in celum redierat: Quęcunq; igitur ſcriptura dicit eiusmodi filius accepit. & glo-  
rificatus eſt filius propter humanitatem eius non propter diuinitatem dicit & cū  
dicit pater qui me miſſit: maior me eſt. poſtq; homo factus eſt maiorem ſe dicit eſ-  
ſe patrem: Sed cum ſit uerbum patris ipſi equale eſt. ego e-  
ním ſequitur & pater unum ſumus & qui me uidet uidet & patrem & non pro rapi-  
na habet ſe eſſe equalē patri: ſed per naturam equalis eſt. & ſimilis patri quia  
de paterna substantia genitus eſt: & cum dicit apostolus in christo habitare om-  
nem diuinitatis plenitudinem corporaliter intelligendum eſt. in carne eius & cū  
dicit qui nec proprio filio pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum: Alibi  
dicit ſicut & christus dilexit eccleſiam & ſe ipſum pro ea tradidit: neq; enim ue-  
nit: ut ſe ipſum ſaluaret immortalis filius ſed eos qui mortui erant: Nec pro ſe  
ipſo paſſus eſt ſed pro nobis: per hec igitur paupertatem inopiamq; noſtrā ac-  
cepit ut nobis diuitias ſuas omnes donaret Nā ipſius paſſio noſtra eſt incorrupti-  
o: Ipſi⁹ mors noſtra eſt immortalitas ipſius lacrima noſtra leticia ipſius ſepultu-  
ra noſtra reuertatio ipſius baptiſma noſtra ſanctificatio Pro ipſis enim inquit  
ego ſanctifico me ipſum ut & ipſi ſanctificati ſint inueritate: ipſius liuor noſtra  
ſanitas nam liuore eius ſancti ſumus ipſius correptio noſtra pax correptio enim  
pacis noſtre in ipſo: hoc eſt cauſa pacis noſtre ipſe corripitur ipſius ignominia  
noſtra eſt gloria: hinc glorię pro nobis petebat dicens gloriſca me pater apud  
te gloria quam habui anteq; mundus eſſet apud te. nos enim ſumus. q̄ in ipſo glo-  
rificamur ipſius decenſio noſtra eſt ascenſio & conuictauit: & co nūdere fecit i  
celeſtibus in christo iefu ut oſtentat in ſuccendentibus ſeculis ſupereminentes di-  
uitias gratię ſuę in bonitate erga nos in christo iefu & dum dicit in cruce pater  
in manus tuas comendo ſpiritum meum. Omnes homines per ſe ipſū patre co-  
mendat: qui in ipſo uiuificantur Membra enim ei⁹ ſunt: & membra multa corp⁹  
unum ſunt: quod eſt ecclēſia quemadmodum beatus paulus galatis ſcribit: Om-  
nes enim uos unum eſtis in christo iefu: Omnes igitur in ſe co-mendat: Sic ergo  
etiam cum dicit dominus creauit me initio uiarum ſuarum de ecclēſia loquitur  
que in ipſo creatur: Non enim factor omnium creature eſt atq; factura: ſed factu-  
ra in factore retouatur pro ut a paulo dicitur ipſius factura ſumus creati in chri-  
ſto iefu ut cognoscatur nunc principatibus & potestatibus in celeſtibus per ec-  
clēſiam multiplex ſapiencia dei ſecundum prefinitionem ſeculorum quā fecit in  
chriſto iefu domino noſtro in quo habemus fiduciā & aſſeſſum in confidentia  
p̄ḡram: & rurſus dicit ſicut elegit nos in ipſo ante coſtitutionem mundi ut ſum⁹  
ſac̄ti & immaculati in ſpectu ei⁹ in caritate: cū elegiſſet & nos i adoptionē per  
ieſu christū in ipſo & iteḡ dicit de duobus populis ut duos crearet i ſe ipo nouū  
hoiem faciens pacē & reconciliet utrūq; in uno corpore deo per crucem interſi-  
ciens inimicitias in ipſo: Et cū dicit quid me dicis bonū Nullus bonus niſi unus  
deus hoc deus ſecundū carnē dixit cū ſe hoībus conumeraret p intelligentia ei⁹  
q; ipſū adierat: ille. n. hoiem cū tantūmodo eſſe putabat: & non deū: & hunc ſen-  
ſu hēt reponſio Nā ſi me inquit hoiem eſſe putas & non deū ne me dixeris bonū  
Non. n. ad hūanam ſed ad dei naturā bonū pertinet & ſubiugitur mandata noſtri  
Cū uero ille dixiſſet q; nō moechaberis iquid nō occides & fliqua At ille reſpođit

hec omnia seruauit a iuuentute mea. Quid preterea mihi deest. Si uis inquit pfectus esse uade & uende omnia que habes. & da paupibus et hebis thesaurem in celis et accipiens crucem tuam sequere me ex his igitur bonum ostendit ad se pertinere. **N**a qui bonum non sequitur quomodo aeternae uitae sortiri potest hereditatem: & cum dicat de ultimo die nullus nouit neque filius nisi pater humanae dicit **N**a si patrem cognoscit ultimum diem quomodo ignorat: Nemo n. inquit patrem nouit nisi filius: et cui uoluerit filius reuellare. Et si spiritus sanctus nouit omnia: que dei sunt quomodo filius die quem creavit ignorat? Et si secula per ipsius facta sunt & tempora: clarum est non uissimum diem in seculis ac temporibus iuueniri nec eum posse ab ipso nesciri: Quaecumque igitur humilia uerba ad domino dicta sunt ad eius paupertatem attinet: ut nos in ipsis diuities efficiamus non ut filio dei detrabamus: filius hominis factus est. sed ut filii hominis uidelicet adam filii dei efficiantur. **N**a quod supius genitum est ex patre uerbum ineffabiliter inexplicabiliter in comprehensibiliter semper inerat: inferius tempore nascitur ex uirgine maria: ut qui antea inferius nati erant postea superius renascentur uidelicet ex deo. Ipse igitur matrem tantum modum habet in terrenis: nos patrem tantummodo habemus in celis et propterea se ipsum hominis filium vocai ut deum homines patrem in celis uocent. Pater noster inquit qui in celis es: quemadmodum igitur nos serui dei filii dei facti sumus: ita seruorum dominus serui filius hoc est ad amorem talis factus est: ut cum adam filii mortales sint filii dei siant: sicut dicitur dedit eis potestatem filios dei fieri quare gustat et mortem pro carnalitate eius patrem: ut filii eius participes dei sint propter spiritualitatem eius patrem deum. Ipse igitur per naturam filius est dei nos uero pro gratia & in dispositionem & gratiam nostram filius factus est adam. Itaque uando inquit ad patrem meum et patrem uestrum & deum meum & deum uestrum: pater n. est ipius ut dixi pro natura nostra uero pro gratia: & deus factus est ipius per dispositionem quia homo est noster uero pro natura dominus est et deus: **E**t propterea uerbum patris unitum carni factum est. caro ut spiritus homines uniti unus spiritus siant. Ipse igitur deus est carniger nos uero homines spiritigeri: **C**um n. ex hominum substantia primicias accepisset hoc est ex semine abrae que serui forma est. & in similitudinem hominis factus esset: nobis ex substantia patris dedit spiritus sancti primicias: ut omnes in similitudine filii dei unus dei filius efficiamus. Ipse igitur uerus dei filius omnes nos gestat: ut oes nos gestemus deum ipsum est igitur dicere creatum uel factum esse spiritum dei: quia uando quidem scriptura omnis uetus et noua ipsum cum patre & filio connumerat & glorificat nam eiusdem diuinitatis est atque substantia sicut dominus ipse dicit qui credit in me fluius de uentre eius fluent aquae uiuentis hoc autem inquit de spiritu dixit quem accepturi erant credentes in eum quemadmodum in ioculo ex persona patris dicit: **E**ffundam a spiritu meo in omnem carnem: & prophetabit filii uestrum: & filii uestrum. **E**t ioculo insufflat eum in os apostolorum dicens accipite spiritum sanctum: ut discamus spiritum qui datur apostolis ex plenitudine diuinitatis existere. In christo n. habitat inquit hoc est in carne eius corpora liter omnis plenitudo diuinitatis sicut & iohannes euangelista dicit nos de plenitudine eius accepimus **N**a spiritus sanctus corporali forma hoc est quasi columba descendere uisus est ac super ipsum manere: In nobis n. primitus & arrabo diuinitatis habitat: in christo autem omnis plenitudo diuinitatis: **N**ec quisque ipsum cum non haberet accepisse putet. Ipse n. eum defup misit ut pote deus & inferius accepit ut homo **E**x ipso igitur in ipsum descendit: ex ipso diuinitate in ipsius humanitate **E**t elias quidem ex persona patris clamat dicens sic dicit dominus de tuus qui fecisti te & plasmauit te de uentre noli timere filii mi iacob & dilecti israel quem elegi quia ego dabo aquam in siti ambulantibus in arido: Super ponam spiritum meum super semeni tuum et benedictiones meas super filios tuos **E**t in euangelio iesus dare promittit aquam ambulantibus in siti samaritanis de spiritu sancto loquens **S**i scires donum dei & quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu petisses ab eo et dedisset

ribi aquam uiuentem. Et paulo post dicit ei oīs q̄ bibit ex hac aqua sitiet iterum  
quicunq; autem biberit ex aqua quā ego dabo ei non sisiet in ēternū: Sed aqua  
quā ego dabo. ei fiet in eo fons aquā salientis in uitam ēternam & propterea da  
uid deo canens dicit quia apud te fons uitē in lumine tuo uidebitus lumen No  
uerat enim apud deum patrem filium esse fontem spiritus sancti sicut per hīc  
miam filius dicit duo mala fecit populus meus me dereliquerunt fontem aquā  
uiuentis & foderunt sibi citernas perforatas: que non poterunt aquam contine  
re: Et cum cherubim gloriam tertio deo canunt dicentes sanctus sanctus sanctus  
dominus deus sabaoth patri & filio & spiritu sancto canunt. & ideo sicut in no  
mine patris & filii baptizamur ita & in nomine sp̄s sancti & filii dei non deoru meſſi  
cimur Pater. n. & filius & sp̄s sanctus sabaoth dominus est Vna. n. diuitias. & u  
nus deus propterea que deus in heſaias dicit: hec ioannes filium paulus in acti  
bus spiritum sanctum dixisse ait: Sic enim heſaias uidi inquit dominum sabaoth  
ſedentem ſuper ſolium excellum & eleuatū & plena dominus glorię eius: & ſera  
phim ſteterant circa eum ſex alę uni & ſex alę uni: & duabus quidem aliis tegeb  
ant facies duabus autem pedes & duabus uolabant & clamabant alter ad alterū  
& dicebant sanctus sanctus dominus sabaoth plena oīs terra gloria eius  
